ponit, Assaditas respicit, quorum tria millia ex locis planis El hasnae accesserunt. Tum Omar Saadum ultra progredi iussit. Itaque profectus est, in El irakam tendens, agmina militum enim ad Schrafam convenerant. Quo quum Saad accederet, ei se adiunxit El aschath ben kais cum Iemenensibus mille et septingentis. Itaque totus eorum, qui ad El kâdessijjam adfuerunt, numerus triginta et quod excurrit millium fuit, quibus ad El kâdessijjam praeda distributa est, triginta circiter millia fuerant. Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd el melik ben omeir ea compererat, cui a Sijâdo narrata fuerant, qui ab Dscheriro ea cognoverat. Qui dixit: quum Iemenenses in Syriam, Modaritae vero in El irakam pergerent, Omar „cognationes vestrae, inquit, firmiores sunt quam cognationes nostrae, quid est, quod Modaritae maiorum suorum, Syriae habitatorum, memores non sunt?“ Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abu saad ben el merzubân ea compererat, cui a quodam homine narrata fuerant, qui haec tradebat a Mohammede ben hodseifa ben el jemân accepta. Qui dixit: nulla Arabum gens audentius Persas adgressa est, quam tribus Rebia. Quam ob rem Moslemi eam Rebiam leonis vocabant, atque Rebiam Persarum. Nam Arabes tempore paganitatis Persas leonem, Graecos vero fortissimum nuncupabant. Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Talcha ea compererat, cui a Mâhano narrata fuerant. Qui dixit: dixit Omar „per Deum, in principes Persarum immittam principes Arabum!“ Nullum igitur hominem primarium, neque prudentem, neque nobilem, neque dignitate conspicuum, neque oratorem, neque poetam reliquit, sed omnes eos contra Persas emisit. Sic factum est, ut homines clarissimos illustrissimosque contra illos emitteret.

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Amro ea cognoverat, cui Esschoobius ea narraverat. Qui dixit: quum ab Sinnda discederet Saad, Omar ipsi scripsit haec: „ad limitem Indorum hominem mitte tibi probatum, qui e regione illius terrae consistat, tibique subsidium ferat, si quis ex illis finibus in te irruit.“ Itaque Saad emisit El mogiram ben schooba cum quingentis militibus, qui e regione finium Arabum versabatur. Hic igitur ad Guddam perrexit, atque ad Dschedirum consedit, quod ex iis locis erat, qui illo tempore ibi inveniebantur. Saad quum ad Schorafam castra posuisset, quamnam stationem ipse, quasnamque milites inter Guddam atque El dschabbânam occupassent, Omaro scripsit. Qui illi rescripsit haec: „simul ut hae litterae ad te pervenerint, milites educ, cognitores iis praefice, agminum duces designa, eisque instrue. Porro principes Moslemorum iube testes adducere, eosque, testesque eorum dispone. Deinde ad ipsorum socios eos emitte, iisque praecipe, ut ad El kadessijjam conveniant. Adiunge iis El mogiram ben schooba cum ipsius equitatu, mihique scribe, quomodo illorum res constitutae sint.“ Itaque Saad advocavit El mogiram, qui statim ad eum accessit, porro principes tribuum advocavit, qui ibidem se ad eum iunxerunt.

الحرث بستلسنه ألف وأمر سعدا بالاقدام فأقدم ونهض الى العراق وجموع الناس بشراف وقدم عليه مع قدومه شراف الأشعث بن قيس في ألف وسبع مائة من اهل اليمن فجميع من شهد القادسية بضعة وثلاثون ألفا وجميع من قسم عليه في القادسية نحو من ثلاثين ألفا ☆ كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن عبد الملك بن عمير عن زياد عن جرير قال كان أهل اليمن يسرعون الى الشام وكانت مضر تسرع الى العراق فقال عمر أرحامكم أرسخ من أرحامنا ما بال مضر لا تذكر أسلافها من اهل الشام ☆ كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن أبي سعد بن المرزبان عمن حدثه عن محمد بن حذيفة بن اليمان قال لم تكن أحد من العرب أجرأ على فارس من ربيعة فكان المسلمون يسمونهم ربيعة الأسد الى ربيعة الفرس ☆ وكانت العرب في جاهليتها تسمي فارس الأسد والروم الأسد ☆ كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن طلحة عن ماهان قال. قال عمر والله لأضربن ملوك العجم بملوك العرب فلم يدع رئيسا ولا ذا رأي ولا ذا شرف ولا ذا سطة ولا خطيبا ولا شاعرا إلا رماهم به فرماهم بوجوه الناس وغررهم

كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن عمرو عن الشعبي قال كان عمر قد كتب الى سعد مرتحله من زرود أن ابعث الى فرج الهند رجلا ترضاه تكون بحياله وتكون ردءا لك من شيء إن أتاك من تلك التخوم فبعث المغيرة بن شعبة في خمس مائة فكان حيال من أرض العرب فأتى غضي ونزل على جرير وهو فيما هنالك يومئذ فلما نزل سعد بشراف كتب الى عمر بمنزله وبمنازل الناس فيما بين غضي الى الجبانة فكتب اليه عمر اذا جاءك كتابي هذا فعشر الناس وعرف عليهم وأمر على اجنادهم وعبهم ومر رؤساء المسلمين فليشهدوا وقدرهم وشهودهم ثم وجههم الى اصحابهم وواعدهم القادسية واضمم اليك المغيرة بن شعبة في خيله واكتب إلي بالذي يستقر عليه أمرهم فبعث سعد الى المغيرة فانضم اليه والى

„quid tibi est cum illis?“ Tum Omar „ab iis me seiungo, nam nulla Arabum gens praeterrecta est, quae magis ingrata mihi esset, quam illi homines“ Quo dicto, iter ingredi eos iussit Deinde quum Omar saepius, se illos homines aversari, dictitaret, consilium eius mirati sunt Fuit autem ex illis hominibus vir quidam, qui vocabatur Saudan ben humrân, qui postea interfecit Othmânum ben affân, cuius misereatur Deus Atque porro inter eos quidam eorum foederatus adfuit, qui vocabatur Chaled ben moldscham, qui interfecit Alium ben abi taleb, quem misericordia amplectatur Deus Porro ex iis fuit Moâwije ben hodeidsch, qui cum nonnullis hominibus, qui ex illis erant, interfectores Othmâni persequutus est, eosque occidit Atque denique homines ex iis fuerunt, qui ad interfectionem Othmâni exstiterunt adiutores

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, cui ab Mâhâno narrata fuerant, atque Sijâdo, ad praeceptores suos provocante, haec compererant Qui dixerunt Omar Saado, postquam iter ingressus erat, subsidio misit duo millia Jemenensium, ac duo millia Nedschdensium, nam ex illius terrae oris ab Temîmitarum ac Ribâbitarum aquis, quattuor millia accesserant Quos in suae terrae terminis inter El hasn et El bassitam castra ponere iussit Itaque illo loco inter Saadum ben abi wakkas atque El mothannam ben hâretha consederunt El mothanna vero octo millia Rebitarum secum habebat, quorum sex millia ex gente Bekr ben wâjel erant, duo millia ex ceteris Rebitas Quattuor millia ex iis erant, quos post discessum Châledi elegerat, quattuor millia ex iis, qui ex proelio ad pontem supererant Praeterea Iemenenses apud eum aderant, duo millia Bedschelitarum, et duo millia Kodâitarum ac Tajjitarum, quos ad eos adiecerant, qui primo adfuerant Tajjitis his Adi ben hâtem praeerat, Kodâitis Amr ben wabara, Bedschelitis Dscherir ben abd alla Ita quum milites constituti essent, atque Saad spem foveret, fore ut ad se El mothanna accederet, El mothanna vero spe teneretur, fore ut ad se Saad accederet, El mothanna ex vulnere, quod in proelio ad pontem acceperat, mortuus est, hoc enim vulnus modo recru descebat, modo consanescebat Militibus El mothanna vicarium praefecit Beschirum ben el chasâsijje, quo quidem tempore Saad Suiudae commorabatur Apud Beschirum tunc principes Irâkensium aderant, apud Saadum vero legati Irâkensium, qui Omarum visitaverant, ex quibus Forât ben hajjân Idschlita atque Ojeina erant Quos Omar cum Saado in El irâkam remisit

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ad praeceptores suos provocante, atque ex Sijâdo ad Mahânum provocante, haec compererant Quorum uterque dixit Inde fit, ut de numero eorum, qui ad El kâdessijjam adfuerunt, non idem sentiant homines Qui quattuor millia ponit, eos respicit, qui cum Saado ex El medina egressi sunt Qui octo millia ponit, eos respicit, qui apud Suiudam convenerunt Qui novem millia ponit, Kaisitas, qui ad eos accesserunt, respicit Qui duodecim millia

لَكَ وَلِهٰؤُلَاءِ قال إِنِّي عَنْهُمْ لَمُتَرَدِّدٌ وما مَرَّ مِنْ قَوْمٍ مِنَ ٱلْعَرَبِ أَكْرَهَ
إِلَيَّ منهم ثم أَمْضَاهُمْ وكان بَعْدُ يُكْثِرُ أَنْ يَتَذَكَّرَهُمْ بِٱلْكَرَاهِيَةِ
وَتَعَجَّبَ الناس من رَأْيِ عُمَرَ وكان منهم رَجُلٌ يقال له سَوْدَانُ بْنُ حُمْرَانَ قَتَلَ
عثمان بن عفان رحمه الله وإذا منهم حَلِيفٌ لهم يقال له خَالِدُ بْنُ مُلْجَمٍ قَتَلَ عَلِيَّ بْنَ أَبِي
طَالِبٍ رَحْمَةُ الله عليه وإذا منهم مُعَاوِيَةُ بْنُ حُدَيْجٍ فَنَهَضَ في قوم منهم يَتَتَبَّعُ قَتَلَةَ
عُثْمَانَ يقتلهم وإذا قَوْمٌ منهم يُعِينُونَ قَتَلَةَ عُثْمَانَ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ عن مَاهَانَ وَزِيَادٍ
بِإِسْنَادِهِ قالوا وَأَمَدَّ عُمَرُ سَعْدًا بعد خروجه بِأَلْفَيْ يَمَانِيٍّ وَأَلْفَيْ نَجْدِيٍّ مُؤَدٍّ
وخَاوَوْا مِنْ حَوْلِهَا من أمواه بني تميم وَٱلرِّبَابِ أَرْبَعَةُ آلَافٍ وَأَمَرَهُمْ أَنْ يَنْزِلُوا
على حَدِّ أَرْضِهِمْ بين الحَزْنِ والبَسِيطَةِ فأقاموا هنالك بين سَعْدِ بْنِ أَبِي وَقَّاصٍ وبين ٱلْمُثَنَّى
بْنِ حَارِثَةَ وكان المثنى في ثمانية آلاف مِنْ رَبِيعَةَ سِتَّةُ آلَافٍ من بَكْرِ بْنِ وَائِلٍ وَأَلْفَانِ
من سَائِرِ رَبِيعَةَ أَرْبَعَةُ آلَافٍ مِمَّن كان انتخب بعد فُصُولِ خَالِدٍ وأربعة آلاف كانوا
مِمَّن بَقِيَ يَوْمَ الجِسْرِ وكان معه من أهل اليمن ألفان من بَجِيلَةَ وألفان من قُضَاعَةَ وَطَيِّءٍ
من انتخبوا إلى ما كان قبل ذلك عَلَى طَيِّءٍ عَدِيُّ بْنُ حَاتِمٍ وعلى قضاعة عَمْرُو بْنُ
وَبَرَةَ وعلى بجيلة جَرِيرُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ فبينا الناس كذلك سَعْدٌ يَرْجُو أَنْ يَقْدَمَ عَلَيْهِ
المثنى والمثنى يَرْجُو أَنْ يَقْدَمَ عليه سَعْدٌ مات المثنى من جراحته التي كان جُرِحَهَا يَوْمَ
الجِسْرِ وكانت تَنْتَقِضُ بِهِ وَتَبْرَأُ فَٱسْتَخْلَفَ المثنى على الناس بَشِيرَ بْنَ الخَصَاصِيَةِ
وسَعْدٌ يَوْمَئِذٍ بِزَرُودَ وَمَعَ بَشِيرٍ يومئذ وجوه أهل العراق وَمَعَ سَعْدٍ وُفُودُ أهل العراق الذين
كانوا قَدِمُوا على عُمَرَ منهم فُرَاتُ بْنُ حَيَّانَ العِجْلِيُّ وَعُتَيْبَةُ فَرَدَّهُمْ مع سَعْدٍ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ بِإِسْنَادِهِ وَزِيَادٍ عن مَاهَانَ
قالا فَمِنْ أَجْلِ ذَلِكَ ٱخْتَلَفَ ٱلنَّاسُ في عَدَدِ أَهْلِ ٱلْقَادِسِيَّةِ فَمَنْ قال أربعة آلاف فَلِمَخْرَجِهِمْ
مع سَعْدٍ من المدينة وَمَنْ قال ثَمَانِيَةُ آلَافٍ فَلِٱجْتِمَاعِهِمْ بِزَرُودَ وَمَنْ قال تِسْعَةُ
آلَافٍ فَلِلَحَاقِ ٱلْقَيْسِيِّينَ وَمَنْ قال ٱثْنَا عَشَرَ أَلْفًا فَلِدُفُوفِ بَنِي أَسَدٍ من فُرُوعِ

interfuerunt. Qui ex El medina profecti sunt eo tempore, quo Saad inde profectus *est, quattuor* millia fuerunt. Atque simul cum eo homines mille, ex tribu Kais ailan collecti, inde profecti sunt, quibus praeerat Bischr ben abd alla Hilalita. Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea *acceperat*, cui a *Seifo tradita fuerant, qui ab Obeida ea cognoverat*, cui *ab Ibrahîmo* narrata fuerant. Qui dixit: agmen ad El Kâdessijjam emissum ex El medina prodiit, quattuor millia efficiens, in quibus tria millia Jemenensium erant, hominesque mille ex aliis tribubus electi.

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a *Seifo tradita fuerant*, qui ex Mohammede, ac Talcha, atque Sahl ben el Kâssem ea compererat, qui dixerunt: comitatus est discedentes illos Omar, a Derâra ad El awas procedens. Deinde apud milites ita concionatus est: „Deus adorandus *parabolas vobis proposuit, sermonemque vobis exposuit*, ut corda iis vivida redderet. Corda enim in pectoribus mortua considunt, quoad Deus ea vivida reddat, aliqua re ex scientia Dei patefacta. Quod in usum nostrum converti oportet. Probitatis vero et *indicia sunt, et nuntii*. Quod *indicia adtinet, posita sunt in pudore ac liberalitate*, facilitate ac lenitate; quod *nuntios adtinet*, in misericordia positi sunt. Uniuscuiusque autem rei portam Deus constituit, atque ad unamquamque portam aptavit clavem. Probitatis porta est exemplum sibi sumere, cuiusque *clavis* est abstinentia. Exemplum sibi sumit, qui, *quoties mortui* commemorantur, mortis memor fit, atque ad eam se praeparat, praemissis actionibus honestis. Abstinentia vero utitur, qui ab unoquoque, quod iustum est, sumit coram eo, atque unicuique, quod iustum est, tribuit ipsius causa. In qua re nulli hominum adulari noli, acquiesce in necessario, quod eum arceat, quem enim id, quod necessarium est, non arcet, eum res arcet nulla. Ipse inter vos atque Deum constitutus sum, sed inter me atque Deum nullus interest. Quamobrem Deus hoc mihi iniunxit, ut precationes ab eo averterem. Propterea res vestras ad nos deferte! Quicunque vero hoc facere nequit, ad *eum hominem eas deferat, qui nobis eas exponat*. Tum enim ius, quo ei debetur, ipsi restituemus nulla mora interposita." Deinde Omar Saadum iter ingredi iussit, eique „prodi iam," inquit. „Simul ut vero ad Sirudam perveneris, castra ibi pone. Deinde per *agros vicinos vos dispergite*. Excita eos quibus te adiunxit, atque ex iis elige homines fortitudine, prudentia, viribus praeditos, armatura instructos!"

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede ben suka ea compererat, cui homo quidam ei narraverat. Qui dixit: praeterveeti sunt *Sekunitae cum primo agmine, atque Kinditae cum Hossain ben nomeir Sekunita* ac Moawije ben hodeidsch, qui quadringentos homines secum habebat. Quos quum Omar lustraret, iuvenes quosdam nigros, proceros, inter eos conspexit, qui cum Moâwije ben hodeidsch accesserant. A quibus Omar vultum avertit. Quod quum iterum faceret, *nonnulli ei* dixerunt

القادسية من مذحج فمن خرج من المدينة مع سعد منها أربعة آلاف وخرج
معه من قيس عيلان ألف عليهم بشر بن عبد الله الهلالي * كتب إلى
السري عن شعيب عن سيف عن عبيدة عن ابراهيم قال خرج أهل
القادسية من المدينة وكانوا أربعة آلاف ثلاثة آلاف منهم من أهل اليمن
وألف من سائر الناس

كتب إلى السري عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وسهل بن القسم
قالوا وشيعهم عمر من صرار الى الأعوص ثم قام في الناس خطيبا فقال إن
الله تعالى إنما ضرب لكم الأمثال وصرف لكم القول ليحيي بها القلوب فإن
القلوب ميتة في صدورها حتى يحييها الله من علم شيئا فلينتفع
به فإن للعدل أمارات وتباشير فأما الأمارات فالحياء والسخاء والهين
واللين وأما التباشير فالرحمة وقد جعل الله لكل أمر بابا ويسر لكل
باب مفتاحا فباب العدل الاعتبار ومفتاحه الزهد والاعتبار ذكر الموت
بتذكر الأموات والاستعداد له بتقديم الأعمال والزهد أخذ الحق من
كل أحد قبله وتأدية الحق الى كل أحد له ولا تصانع في ذلك أحدا واكتف بما
يكفيك من الكفاف فإن من لم يكفه الكفاف لم يغنه شيء إني بينكم وبين الله
وليس بيني وبينه أحد وإن الله قد ألزمني دفع الدعاء عنه فأنهوا شكاتكم الينا
فمن لم يستطع فإلى من يبلغناها نأخذ له الحق غير متعتع وأمر سعدا بالسير
وقال إذا انتهيت الى زرود فانزل بها وتفرقوا فيما حولها واندب
من حولك منهم وانتخب أهل النجدة والرأي والقوة والعدة

كتب إلى السري عن شعيب عن سيف عن محمد بن سوقة عن
رجل قال مرت السكون مع أول الخمس وكندة مع حصين بن نمير
السكوني ومعاوية بن حديج في أربع مائة فاعترضهم وإذا فيهم فتية
دلم سباط مع معاوية بن حديج فأعرض عنهم ثم أعرض حتى قيل له ما

Deo obsequitur, mundo spreto ei obsequitur, expetitaque vita futura, quicunque contumacem se praebet, mundo expetito contumacem se praebet, spretaque vita futura. Atque cordibus quaedam veritates sunt, quas Deus ex iis producit. Ex quibus aliquid occultum atque aliquid apertum est. Quod apertum adtinet, in eo positum est, ut laudent vituperentque iuxta vere. Quod occultum adtinet, tum ex sapientia, quae e corde ad homines prodit, tum ex amore hominum *cognoscitur. Itaque ab amore te abstinere noli. Nam ipsi* prophetae, qui *consalutentur*, amorem eorum expetiverunt, atque Deus, quem servum amat, eum amatum reddit, quemque servum odit, *eum odiosum reddit. Dignitatem*, quam apud Deum obtinebis, ex ea dignitate, qua apud homines, qui tecum ad negotium tuum perficiendum se accingunt, uteris, conjectura adsequere!" Quibus dictis, Omar eum cum iis militibus emisit, qui ex paratissimis Moslemorum El medinam se iam contulerant. Itaque Saad ben abi wakkâs ex El medîna profectus, cum quattuor millibus in El irâkam tetendit, quorum tria millia ex incolis El jemenae atque regionis altioris erant. Qui ex regionibus altioribus venerant, iis Humissa ben ennooman ben hamîssa praeerat, qui quidem erant Barek ellemo, ac Gamed, ceterique eorum fratres, cum hominibus septingentis, regionis altioris incolis. Iemenenses duo millia venerant, ex quibus erat tribus Ennocha ben amr. Totus eorum numerus, qui milites ac liberos mulieresque complectebatur, quattuor millia efficiebat. Omar, castra eorum ingressus, iter in El irakam dirigere iussit omnes. Sed milites proficisci nolebant, nisi in Syriam, Omar vero eos emittere noluit, nisi in El irâkam. Denique dimidiae eorum parti illud concessit. Itaque in El irakam eos emisit, alterum dimidium vero in Syriam.

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Habischo Nochaita ea comperierat, cui a patre, aliisque illius gentis hominibus narrata fuerant. Omar, castra illorum militum ingressus, "nobilitate flores, inquit iis, o coetus Nochaitarum, qui hic convenit, iam cum Saado iter facite!" Itaque illi in Syriam iter duxerunt. Sed in El irâkam eos tendere iussit, milites vero proficisci nolebant, nisi in Syriam. Itaque Omar dimidium eorum in El irâkam, alterum dimidium in Syriam emisit. Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, et Talcha, atque El mostenir, et Habascho, ea comperierat. Qui dixerunt in iis militibus erant sexcenti, qui ex Hadramauta atque Essadaf venerant, quibus Schaddad ben damadsch praeerat. Porro in iis Medschidschitae mille ac trecenti erant, inter duces tres distributi, qui quidem erant Amr ben maadi karib, qui Monebbihitis praeerat, atque Abu sebra ben dsoweib, qui Dschoofitis praeerat, iisque, qui ex fratribus Dschuswi, Soheidi, atque Anis allae, eorumque adseclis, cum Dschoofitis foedere coniuncti erant, atque Iesid ben el hâreth Sudaita, qui Sudaitis Muslijitisque praeerat, hominesque trecentos secum habebat. Hi quidem ex Medschidschitis expeditioni Kadessijensi

يبغض الدنيا ويحبّ الآخرة وعصاه من عصاه بحبّ الدنيا وبغض الآخرة وللقلوب حقائق ينشئها الله منها السرّ ومنها العلانية فأمّا العلانية فأن تكون حامده وذامّه في الحقّ سواء وأمّا السرّ فيُعرف بظهور الحكمة من قلبه على لسانه وبمحبّة الناس فلا تزهد في التحبّب فإنّ النبيّين عليهم السلام قد سألوا محبّتهم وإنّ الله اذا أحبّ عبدا حبّبه واذا أبغض عبدا بغّضه فاعتبر منزلتك عند الله تعالى بمنزلتك عند الناس ممّن يشرع معك في امرك ثمّ سرّحه فيمن اجتمع اليه بالمدينة من نفير المسلمين فخرج سعد بن أبي وقّاص من المدينة قاصدا العراق في أربعة آلاف ثلاثة ممّن قدم عليه من اليمن والسراة وعلى اهل السراة حميضة بن النعمان بن حميضة وهم بارق وألمع وغامد وسائر اخوانهم في سبعمائة من أهل السراة وأهل اليمن الفان منهم النخع بن عمرو وجميعهم يومئذ أربعة آلاف مقاتلتهم وذراريهم ونساؤهم وأتاهم عمر في عسكرهم فأرادهم جميعا على العراق فأبوا الّا الشام وأبى الّا العراق فسمح بنصفهم فأمضاهم نحو العراق وأمضى النصف الآخر نحو الشام

كتب اليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن حنيش النخعي عن ابيه وغيره منهم أنّ عمر أتاهم في عسكرهم فقال انّ الشرف فيكم يا معشر النخع لمتربّع سيروا مع سعد فنزعوا الى الشام وأبى الّا العراق وأبوا الّا الشام فسرّح نصفهم الى العراق ونصفهم الى الشام * كتب اليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن محمّد وطلحة والمستنير وحنش قالوا وكان فيهم من حضرموت والصدف ستمائة عليهم شدّاد بن ضمعج وكان فيهم ألف وثلاثمائة من مذحج على ثلاثة رؤساء عمرو بن معدي كرب على بني منبّه وأبو سبرة بن ذؤيب على جعفي ومن في حلف جعفي من اخوة جزء وزبيد وأنس الله ومن لفّهم ويزيد بن الحارث الصدائي على صدّاء وجنب ومسلية في ثلاثمائة هؤلاء شهدوا

senitarum in terra Nedschdensi habitantium praefecerat Quod munus ei prorogavit Omar Deinde, quum ad ceteros duces litteras daret, homines evocaturus, etiam Saado scripsit, ut homines, quibus equi et arma essent, eligeret, prudentia ac fortitudine praeditos Atque mox responsum Saadi ad Omarum relatum est, quo nuntiavit, quot illius generis homines Deus ipsi *tribuisset.* Quae litterae Omaro redditae sunt quum de homine, quem emitteret, suos consuleret, itaque Saadum, ubi eius mentio facta est, ipsi commendarunt Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerunt, qui ex Mohammede, Syâdoque, ac Talcha, *ad praeceptores suos provocantibus, ea compererunt. Qui dixerunt Saado ben abi wakkas,* qui prius domis Hewâsenitarum praeerat, Omar, quum ad ceteros praefectos litteras daret, scripsit, ut homines prudentia ac fortitudine praeditos, quibus arma vel equi essent, eligeret Tum ad Omarum hae litterae Saadi relatae sunt „tibi equidem elegi equites mille, bene instructos, quorum quisque fortitudine ac prudentia praeditus est, atque tutelam ita gerit, ut feminas gentis suae tueatur, eorumque familias defendat unde fit, ut eorum gloria atque consilium in his viris posita sint Quibus iam utere!“ Saadi litterae quum deliberantibus illis redderentur, exclamarunt „hominem repperi!“ Omar vero „quisnam est?“ Atque illi „leo, mane irruens“ Omar autem „quisnam, inquit, est?“ Illi vero „Saad!“ Tum eorum consilio Omar obtemperavit, *legatumque* ad *Saadum misit Qui quum accessisset,* Omar bello Irâkensi *eum praefecit,* atque sic eum cohortatus est „o Saado, Woheibidarum Saado, cave, ne a Deo te avertant qui dicant hic homo avunculus legati Dei est, cui Deus bene dicat, atque amicus legati Dei Nam celebrandus laudandusque Deus turpia non obliterat propter turpia, sed turpia obliterat propter honesta, quae patrata sunt. Inter Deum hominemque nulla cognatio exstat, nisi obsequium Deo praestitum, unde fit, ut coram Deo homines omnes, sive ingenui, sive plebeii sunt, pares sint Deus enim eorum dominus est, eiusque servi ipsi sunt, qui salute a Deo impetranda inter se certant, obsequioque praestito quae penes Deum sunt nanciscuntur Respice rem, quam legatum Dei, cui Deus bene dicat, ex quo emissus est quoad a nobis discessit perficere vidisti Hanc rem suscipito, *eamque suscipe! Haec enim res gravissima est.* Haec est cohortatio mea Itaque cave! Si eam spernis, atque ab ea recedis, labor tuus ad irritum cadet, ipseque ex iis eris, qui iacturam faciunt“ Deinde, quum Saadum emittere vellet, eum ad se advocavit, eique dixit haec „te equidem praefeci bello Irâkensi, quam ob rem commonitionem meam animo infige! Accedis enim ad rem difficilem ac molestam, ex qua nihil reportabis, nisi probitas tibi est, virtusque iis, qui tecum sunt Ab ea igitur victoriam spera, atque scito, unicuique agendi rationi esse adiumentum quoddam Adiumentum virtutis est patientia, patientia autem in eo posita est, ut patienter feras quae tibi accidunt, teque adficiunt Porro reverentia Dei uteris perfecta Perficitur autem reverentia Dei rebus duabus, obsequio ei praestito, atque contumacia pulsa Quicunque

بكر استعمل سعدا على صدقات هوازن بنجد فأقرّه عمر وكتب اليه فيمن كتب اليه
من العمّال حين استنفر الناس أن ينتخب أهل الخيل والسلاح ممّن له رأى ونجدة
فرجع اليه كتاب سعد بمن جمع الله له من ذلك الضرب فوافق عمر وقد
استشارهم في رجل فأشاروا عليه به عند ذكره ✿ كتب اليّ السرىّ عن شعيب
عن سيف عن محمّد وزياد وطلحة باسنادهم قالوا كان سعد بن أبي وقّاص على
صدقات هوازن فكتب اليه عمر فيمن كتب اليه بانتخاب ذوى الرأى والنجدة
ممّن كان له سلاح او فرس فجاءه كتاب سعد انّى قد انتخبت لك ألف فارس مؤدٍ
كلّهم له نجدة ورأى وصاحب حيطة يحوط حريم قومه ويمنع ذمارهم اليهم
انتهت احسابهم ورأيهم فشأنك بهم ووافق كتابه مشورتهم قالوا قد وجدته قال
فمن قالوا الأسد عاديًا قال من قالوا سعد فانتهى الى قولهم فأرسل اليه فقدم عليه
فأمّره على حرب العراق وأوصاه فقال يا سعد سعد بنى وهيب لا يغرّنّك من الله ان
قيل خال رسول الله صلّى الله عليه وصاحب رسول الله فانّ الله عزّ وجلّ لا يمحو
السيّء بالسيّء ولكنّه يمحو السيّء بالحسن فانّ الله ليس بينه وبين أحد نسب
الّا طاعته فالناس شريفهم ووضيعهم في ذات الله سواء الله ربّهم وهم
عباده يتفاضلون بالعافية ويدركون ما عنده بالطاعة فانظر الأمر الذى
رأيت من رسول الله صلّى الله عليه منذ بعث الى أن فارقنا فالزمه والزمه فانّه
الأمر هذه عظتى ايّاك ان تركتها ورغبت عنها حبط عملك وكنت من
الخاسرين ولمّا أراد أن يسرّحه دعاه فقال انّى قد ولّيتك حرب العراق فاحفظ
وصيّتى فانّك تقدم على امر شديد كريه لا يخلص منه الّا الحقّ
فعوّد نفسك ومن معك الخير واستفتح به واعلم أنّ لكلّ عادة
عتادًا فعتاد الخير الصبر فالصبر الصبر على ما أصابك او نابك ثمّ
تجتمع لك خشية الله واعلم أنّ خشية الله تجتمع في
أمرين في طاعته واجتناب معصيته وانّما أطاعه من أطاعه

hâdscheros atque Anssârios evocavit. Deinde iter fecit, quoad ad Derar constitit. Talcha ben abd alla ad El awas accessit. Alae dextrae Omar praefecit Abd errachmânum ben auf, laevae Sobeirum ben el awwâm, Alium, quem Deus gratum habeat, vicarium suum reliquit El medinae. Quum homines in consilium adhibuisset, ut ipse in Persiam proficisceretur, suaserunt omnes. Neque de iis, quae acciderant, homines ante consultaverat, quam ad Derâr consederat. Redit eo Talcha, qui ex iis fuit, qui ceteris hominibus adstipulati sunt. Abd errachmân vero ex iis fuit, qui Omarum eo proficisci vetuerunt. Dixit Abd errachmân „nulli prorsus homini post prophetam, cui bene dicat Deus, mortuum devovi patrem matremque ante illum diem, neque postea. Tum vero dixi: patrem matremque tibi devoveo! Extrema mihi quidem cede! Hoc loco mane, agmenque emitte! Iam vidisti, quae Deus agminibus tuis decrevit antea atque postea. Quodsi exercitus tuus profligatur, res alia haec est, ac si profligaris ipse. Nam si occumbis, atque inter primum impetum profligaris, vereor ut Moslemi laudes Deo dicant, deumque praeter Deum esse nullum, exclament unquam!“ Quum igitur Omar deliberaret, quem emitteret hominem, sub finem consultationis litterae Saadi adlatae sunt, qui pus donis quibusdam terrae Nedschdensis tunc praeerat. Tum Omar „hominem, inquit, mihi designate!“ Abd errachmân vero „iam eum repperi.“ Atque Omar „quisnam est?“ Cui Abd errachmân „leo, inquit, unguibus suis praeditus, Saad ben mâlek.“ Tum homines prudentissimi ei adstipulati sunt.

Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Cholcido ben sofar ea compererat, qui a patre ea cognoverat. Qui dixit: El mothanna quum Omaro scripsisset, communi consilio Persas Iesdedscheirdum regem creasse, agminaque emisisse, homínesque in clientelam receptos res novas moliri, Omar ad eum rescripsit haec: „recede ad regionem desertam, militibus, qui in propinquo sunt, ad te advocatis, atque prope ab illis in confiniis terrae tuae illorumque terrae subsiste, quoad mandata mea ad te perferantur.“ Mox vero Moslemos Persae acriter urserunt, incursoribus emissis, atque etiam ii homines, qui in clientelam recepti fuerant, contra eos exsurrexerunt. Quam ob rem El mothanna cum militibus abiit, atque in El nâkr consedit, deinde milites per omnes eius partes ita distribuit, ut inter Guddam et El kutkutânijjam eius praesidia constituerentur. Tum etiam praesidia Chosrois restituta sunt, eiusque pylas quoque Persae occupaverunt. Itaque ipsorum res iam bene compositae erant, sed sibi timebant tamen, atque a Moslemis cavebant, celeriter incedentes. Moslemi ibi substiterunt tanquam leo, qui naturam suam coercet, mox vero ad impetum redit. Duces eos continebant ad litteras Omari provocantes, atque subsidia a Moslemis mittenda.

Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex El kassem ben mohammed ea compererat, qui dixit: Abu bekr Saadum pus donis Hew-

حتى أتى صرارَ وقدم طلحة بن عبيد الله حتى يأتي الأعوص وسمّى لميمنته عبد الرحمن بن عوف ولميسرته الزبير بن العوّام واستخلف عليًّا رضي الله عنه على المدينة واستشار الناس فكلّهم أشار عليه بالسير الى فارس ولم يكن استشار في الذي كان حتى نزل بصرار ورجع طلحة وكان ممّن تابع الناسَ وكان عبد الرحمن ممّن نهاه فقال عبد الرحمن فما فديت أحدًا بأبي وأمّي بعد النبيّ صلّى الله عليه قبل يومئذ ولا بعده فقلت يا بأبي وأمّي اجعل عجزها لي وأقم وابعث جندًا فقد رأيت قضاء الله لك في جنودك قبل وبعد فإنّه إن يُهزم جيشك ليس كهزيمتك وإنّك إن تُقتل وتُهزم في أنف الأمر خشيت ألّا يكبّر المسلمون وألّا يشهدوا أن لا إله إلّا الله أبدًا وهو في ارتياد رجل وأتى كتاب سعد على حفف مشورتهم وهو على بعض صدقات نجد فقال عمر فأشيروا عليّ برجل فقال عبد الرحمن وجدته قال من هو قال الأسد في براثنه سعد بن مالك ومالأه أولو الرأي

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن خليد بن زفر عن أبيه قال كتب المثنّى الى عمر باجتماع فارس على يزدجرد وببعوثهم وبحال أهل الذمّة فكتب اليه عمر أن تنحّ الى البرّ وادع من يليك وأقم منهم قريبًا على حدود أرضك وأرضهم حتى يأتيك أمري وعاجلتهم الأعاجم فزاحفتهم الزحوف وثار بهم أهل الذمّة فخرج المثنّى بالناس حتى ينزل العراق فتفرّقوا فيه من أوّله الى آخره فأقاموا ما بين غضيّ الى القطقطانة مسالحه وعادت مسالح كسرى وثغوره واستقرّ أمر فارس وهم في ذلك هائبون مشفقون من المسلمين مندفعون والمسلمون قد ضروا كالأسد ينازع فريسته ثم يعاود الكرّ وأمراؤهم يكفكفونهم لكتاب عمر ولإمداد المسلمين

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن القسم بن محمد قال قد كان أبو

Tum totus coetus exclamavit „iter ingredere, nosque tecum duc!“ Omar ad eorum consilium accessit, nam nolebat ab iis discedere, quoad bona cum gratia eos ab illo consilio demoveret. Dixit igitur „promti estote, paratique! Nam iter ingrediar, nisi forte consilium proponatur, quod illo praestantius sit.“ Atque statim homines consilio praestantes se convenire iussit. Itaque ad eum accesserunt familiarium prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque, primarii, Arabumque principes. Quibus Omar „consilium date, inquit, nam iter ingressurus sum.“ Illi vero, concilio habito, communi consensu Omaro iniunxerunt, ut aliquem prophetae, cui bene dicat Deus, faveatque, familiarem eo emitteret, ipse vero suo loco subsisteret, illique duci agmina plura subsidio submitteret, quodsi dux ille victoria, quae in votis esset, potiretur, tum fore ut, quae ab Omaro Moslemisque expeterentur, plene obtinerentur, sin minus, novum ducem mittendum, agmenque aliud evocandum esse, inesse in hac re quod aemulationem excitet, Moslemosque tanto studio usuros esse, ut auxilium a Deo praestandum ea, quae Deus promisisset, perfecturum sit. Itaque Omar precationem omnium generalem indicere iussit, ad quam peragendam homines ad eum confluxerunt. Deinde Alium, qui consalutetur, quem El medinae praefecerat, accedere iussit, qui statim Omarum convenit. Porro Talcham quoque, quem primo agmini praefecerat, ad se advocavit, qui igitur ad Omarum rediit. Aliis praeerant Essobeir atque Abd erraehmân ben auf. Tum Omar pro concione haec loquutus est „celebrandus laudandusque Deus islamismo homines, qui eum amplexi sunt, iam coniunxit, eorumque corda ita inter se conciliavit, ut ipsi fratres facti sint, Moslemique omnes unum quasi corpus adeo efficiant, ut nulla eorum pars ab aliqua re, quae aliam partem adficit, immunis esse possit. Atque ita se gerere Moslemos tum quoque oportet, si de ipsorum rebus viri consilio praestantes deliberationem habent. Homines obtemperare solent viris, qui his rebus praesunt, ita ut quaecunque ab his statuantur atque decernantur, iis homines obligentur, ipsique iis obtemperent. Qui vero his rebus praesunt, prudentiorum consilium amplectuntur, quod expedire censuerunt, et quae strategemata ad bellum accommodata esse existimarunt, ea recipiunt. O homines! atque ego quoque quasi unus ex vobis fui, quoad viri consilio praestantes a profectione me deduxerunt. Itaque iam constitui, ut hoc loco maneam, virumque alium emittam. Ad hanc rem vero tum eum adhibui, quem praemiseram, tum eum, quem vicarium reliqueram.“ Ali enim, qui consalutetur, tanquam vicarius ab Omaro relictus erat El medinae, Talcha vero primo agmini ad El awas constituto praeerat. Utrumque autem Omar ad hanc deliberationem adhibuit.

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammed ben ishak ea comperierat, cui a Sulech ben keissân tradita fuerant, qui ab Omar ben abd el asîs ea cognoverat. Qui dixit: quum, Abu obeidum ben mesud occubuisse, Persas vero virum quendam, ex gente Kisrae ortum, principem elegisse, cognovisset Omar, Mo-

نظرَ ما يقول الناس فقال ٱلْعَامّةُ سِرْ وَسِرْ بِنَا مَعَكَ فدخل معهم فى رأْيهم وَكَرِهَ
أَنْ يَدَعَهُمْ حتى يُخْرِجَهُمْ منه فى رِفْقٍ فقال ٱسْتَعِدُّوا وَأَعِدُّوا فإِنّى سَائِرٌ إِلّا
أَنْ يَجِىءَ رَأْىٌ هُوَ أَمْثَلُ مِنْ هذا ثُمّ بَعَثَ الى أَهْلِ ٱلرّأْىِ فاجتمع اليه وُجُوهُ
أَصْحَابِ ٱلنّبِىّ صَلّى اللّه عليه وَسَلّمَ وَأَعْلَامُ ٱلْعَرَبِ فقال أَحْضِرُونِىَ ٱلرّأْىَ
فَإِنّى سائرٌ فاجتمعوا جميعا وَأَجْمَعَ مَلَؤُهُمْ على أَنْ يَبْعَثَ رَجُلًا من أَصْحَابِ
ٱلنّبِىّ صلّى اللّه عليه وَسلّمَ ويُقِيمَ وَيَرْمِيَهُ بالْجُنُودِ فَإِنْ كان الذى يشتهى من
الفتح فهو الذى يريد ويريدون وَإِلّا أَعادَ رَجُلًا وَنَدَبَ جُنْدًا آخر وفى ذلك
ما يُغِيظُ وَيَرْعَوِى ٱلْمُسْلِمُونَ وَيَجِىءُ نَصْرُ ٱللّهِ بِإِنْجَازِ مَوْعُودِ ٱللّهِ فَنَادَى عُمَرُ
ٱلصّلوةَ جَامِعَةً فاجتمع الناس اليه وَأَرْسَلَ الى عَلِىّ عليه ٱلسّلَامُ استخلفه على المدينة
فَأَتَاهُ والى طلحة وقد بَعَثَهُ على ٱلْمُقَدّمَةِ فَرَجَعَ اليه وعلى ٱلْمُجَنّبَتَيْنِ ٱلزُّبَيْرُ
وعبد الرحمن بن عوف فقامَ فى الناس فقال إِنّ اللّه عزّ وجلّ قد جَمَعَ على الاسلام
أَهْلَهُ وَأَلّفَ بين القلوب وَجَعَلَهُمْ فيه إِخْوَانًا والمسلمون فيما بينهم كَالْجَسَدِ لا يَخْلُو
منه شَىْءٌ مِنْ شَىْءٍ أَصَابَ غَيْرَهُ كذلك يَحِقُّ على المسلمين أَنْ يَكُونُوا وَأَمْرُهُمْ شُورَى
بينهم بين ذَوِى ٱلرّأْىِ منهم فَٱلنّاسُ تَبَعٌ لِمَنْ قام بهذا الامر ما ٱجْتَمَعُوا عليه وَرَضُوا
به لَزِمَ ٱلنّاسَ وكانوا فيه تَبَعًا لهم وَمَنْ قام بهذا الامر تَبَعٌ لِأَوّلِ رَأْيِهِمْ ما رَأَوْا لهم
وَرَضُوا به لهم من مَكِيدَةٍ فى حَرْبٍ كانوا فيه تَبَعًا لهم يَا أَيُّهَا ٱلنّاسُ إِنّى إِنّمَا كُنْتُ
كَرَجُلٍ منكم حتى صَرَفَنِى ذَوُوا ٱلرّأْىِ منكم عن الخروج فَقَدْ رَأَيْتُ
أَنْ أُقِيمَ وَأَبْعَثَ رَجُلًا وقد أَحْضَرْتُ هذا ٱلْأَمْرَ مَنْ قَدّمْتُ وَمَنْ خَلّفْتُ وكان
عَلِىٌّ عليه السلام خَلِيفَتَهُ على المدينة وَطَلْحَةُ على مُقَدّمَتِهِ بِٱلْأَعْوَصِ
فَأَحْضَرَهُمَا ذلك

كَتَبَ إِلَىّ ٱلسّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمّدِ بْنِ إِسْحَقَ عن صَالِحِ بْنِ
كَيْسَانَ عن عُمَرَ بْنِ عبد العزيز قال لَمّا ٱنْتَهَى قَتْلُ أَبِى عُبَيْدِ بْنِ مَسْعُودٍ الى عُمَرَ
وَٱجْتِمَاعُ أَهْلِ فَارِسَ على رَجُلٍ من آل كِسْرَى نَادَى فى المهاجرين والانصار وَخَرَجَ

hoc iter peragebat. Haec vero scripsit „quemvis hominem, cui arma sunt, vel equus, vel fortitudo, vel prudentia, excitate, eumque ad me mittite! citoque hoc facite!“ Itaque nuntii ad gentes eas singulas, ad quas eos mittebat, profecti sunt, quum Omar iter sacrum ingrederetur. Atque mox ad eum pervenerunt prima agmina huius delectus ex iis tribubus missa, quas Mekkam atque El medinam iter conferre iusserat. Quicunque vero inter El medinam atque El mekkam circa mediam viae partem sedebant, ii ad Omarum accesserunt El medînae, quum ex itinere sacro rediret. Qui infra sedebant, ad El mothannam se contulerunt. Quicunque ad Omarum accesserunt, se eos, qui remanserant, iam ad veniendum excitasse nuntiarunt. Dixit Abu maascher, ut El hâreth mihi narravit, qui ab Ebn saad hoc acceperat, cui ab illo narratum fuerat, atque ab Ebn ishak, ut Ebn homeid mihi narravit, qui dixit: tradidit hoc nobis Salama, cui ab illo narratum fuerat: anno tertio decimo hominibus iter sacrum peragentibus praefuit Abd errachmân ben auf. Hoc mihi tradidit El makaddi, qui ab Ishâk el farwi id acceperat, cui ab Abd alla ben omar traditum fuerat, qui ex Nafio id comperierat, cui ab Ebn omar narratum fuerat, qui dixit: hominibus iter sacrum peragentibus Omar eo anno, quo imperium suscepit, Abd errachmânum ben auf praefecit, qui iter peregit. Postea vero ipse Omar quovis anno iter sacrum peregit. Hoc autem anno, ut ferunt, ab Omaro delegatus Mekkae praefuit Attâb ben assid, Ettâifae vero Othmân ben abil âss, El jemenae Iaala ben monebbih, Omanae atque El jemâmae Hodseifa ben michsan, El bachreinae El alâ ben el hadrami, Syriae Abu obeida ben el dscharrach, limiti El kufae, terrisque, quas Moslemi occupaverant, vicinis El mothanna ben hâretha. Iudiciis Ali ben abi tâleb praefuisse fertur. Alii vero Omarum, quamdiu imperio praeesset, nullum iudicem habuisse perhibent.

Tum incepit annus quartus decimus. Primo autem die mensis El moharrami, anno quarto decimo, ut Essirri ad me scripsit, qui a Schoaibo hoc acceperat, cui a Seifo traditum fuerat, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijadoque, ad praeceptores suos provocantibus, hoc comperierat, Omar iter ingressus, ad fontem quendam, qui Derâr vocatur, perrexit, ibique castra posuit. Homines vero nesciebant, quid ille animo intenderet, utrum progredi, an subsidere vellet. Quoties ex Omaro aliquid sciscitari volebant, Othmânum vel Abd errachmanum ben auf ad eum mittere solebant. Othman enim, quum Omar imperio praeesset, Redîfus *i. e. adiunctus* vocabatur, dicunt vocabulum Redif in sermone arabico eum significare, qui aliquem virum proximus sequitur, Arabesque hoc nomen ei imposuisse, quem post principem defensorem suum haberent. Si vero duumviri illi rem, quam scire vellent, explorare non poterant, tum tertium iis adiungebant El abbassum. Dixit igitur Othmân Omaro: „quid compertum habes, quo intendis?“ Sed Omar precationem omnium generalem indicere iussit. Ad quam quum homines convenissent, rem, quam comperterat, iis exposuit, et, quid homines dicturi essent, exspectavit

الحجّ وحجّ سنواته كلّها لا تدعوا أحدًا له سلاح او فرس او نجدة ولا رأى الّا استحببتموه
ثمّ وجّهتموه الىّ والعجلَ العجلَ فمضت الرسل الى من أرسلهم اليهم بمخرجه الى الحجّ ووافاه
أوائل هذا الضرب من القبائل التى طرقها الى مكّة والمدينة فأمّا من كان من المدينة على
النصف ما بينه وبين العراق فوافاه بالمدينة مرجعه من الحجّ وأمّا من كان أسفل من
ذلك فانضمّوا الى المثنّى فأمّا من وافى عمر فانّهم أخبروه عمّن وراءهم بالحثّ وقال
أبو معشر فيما حدّثنى الحارث عن ابن سعد عنه وعن ابن اسحق فيما حدّثنا ابن حميد
قال حدّثنا سلمة عنه الذى حجّ بالناس سنة ثلث عشرة عبد الرحمن بن عوف ☆
وقد حدّثنى المقدّمىّ عن إسحق الفروىّ عن عبيد الله بن عمر عن نافع عن ابن
عمر قال استعمل عمر على الحجّ عبد الرحمن بن عوف فى السنة التى ولى فيها فحجّ بالناس
ثمّ حجّ سنيه كلّها بعد ذلك بنفسه ☆ وكان عامل عمر فى هذه السنة على ما ذكر على
مكّة عتّاب بن أسيد وعلى الطائف عثمان بن ابى العاص وعلى اليمن يعلى بن منية وعلى
عمان واليمامة حذيفة بن محصن وعلى البحرين العلاء بن الحضرمىّ وعلى الشام ابو عبيدة
بن الجرّاح وعلى فرج الكوفة وما فتح من أرضها المثنّى بن حارثة وكان على القضاء
فيما ذكر علىّ بن أبى طالب عليه السلم وقيل لم يكن لعمر فى أيّامه قاض

ثمّ دخلت سنة أربع عشرة ☆ ففى أوّل يوم من المحرّم من سنة أربع
عشرة فيما كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وزياد باسنادهم
خرج عمر حتى نزل على ماء يدعى صرارًا حتى نزل به فعسكر ولا يدرى الناس
ما يريد أيسير أم يقيم وكانوا اذا أرادوا أن يسألوه عن شىء رموه بعثمان
أو بعبد الرحمن بن عوف وكان عثمان يدعى فى امارة عمر رديفًا قالوا
والرديف بلسان العرب الذى بعد الرجل والعرب تقول ذلك للرجل
الذى يرجونه بعد رئيسهم وكانوا اذا لم يقدر هذان على علم
شىء ممّا يريدون ثلّثوا بالعبّاس فقال عثمان لعمر ما بلغك ما الذى
تريد فنادى الصلوة جامعة فاجتمع الناس اليه فأخبرهم الخبر ثمّ

Kisrae orta certiores fierent. Sed nulla apud eas reperta est. Dixerunt, vel una ex iis dixit: „non superest, nisi iuvenis unus, Iesdedscherd, qui ex filiis Schehrijâri ben kisra est, matremque habet feminam in civitate Bâdurija ortam." Tum duces hanc feminam *receperunt, eique, ut filium addu*ceret, imperarunt. Quem puerum illa tempore Schirae dimiserat, quum feminas ille in castellum album cogeret, prolemque masculam necaret; tum enim illa, quemadmodum ipsi cum pueri avunculis convenerat, filium corbe conditum ex alto ad eos demiserat. De hoc iuvene igitur Rustem ac Fairusan sciscitati sunt, eumque adducere iusserunt matrem. Quae quum locum, quo filius commorabatur, significasset, duces illi ad eum conquirendum homines nonnullos emiserunt. A quibus adductus, statim rex creatus est, natus annos unum et viginti. Quem quum omnes recepissent, gens Persarum ad fiduciam ac concordiam redit, ducesque obsequio atque auxilio regi *praestando inter se certarunt. Itaque Iesdedscherd agmina designavit, quae ad singula castella* limitanea, quae Kisra obtinuerit, atque ad pylas singulas mitterentur, agmina El hirae quoque, atque El anbarae, castellorumque limitaneorum, atque El obollae, designavit. Quas res hostes agere, regemque eos Iesdedscherdum recepisse, quum El mothanna Moslemique comperissent, Omaro quae ipsi ab hominibus a se proximis exspectarent, litteris datis, significarunt. Quae litterae ante quam ad Omarum pervenerunt, incolae provinciae Sewâdensis, quibus pax concessa fuerat, iam rebellarunt. Propterea El mothanna cum propugnatoribus iter ingressus, ad Dsu Kar consedit, sensimque milites ad Ettaffam in exercitum unum confluxerunt. Tum hae litterae, ab Omaro datae, ad eos perlatae sunt: „*Deinde vero hinc! iam ex medio Persarum discedentes* inter flumina Persis vicina, in confinus terrae vestrae terraeque illorum siti, vos dispergite! Quemvis vero Rebiitarum, Modaritamque, horumque foederatum, virtute ac fortitudine praestantem, ad vos advocate! Si promtus ille ad vos accedit, gaudeo, sin minus, eum arcessite! Arabesque ad studium incitate, quia Persae iam studium ad rem adhibent, ut eorum studio studium vestrum opponatis." Itaque El mothanna ad Dsu Kar constitit, ceterique apud El chill atque Schirâf usque ad Guddam constiterunt, quae est mons El basrae vicinus. Dscherir ben abd illah in Gudda consedit, Sebra ben Amr Anbarita vero, et qui illos sequebantur, cum suis ad Selmânum versus consederunt. Atque ad amnes Arabum omnes, a *primo ad extremum usque*, praesidia constituta erant, quorum alia observabant alia, aliaque aliis subsidium ferebant, si quid accidebat. Quae res gestae sunt mense Dsul kada, anno tertio decimo.

Haec nobis narravit Essarii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea ex Mohammede, et Talcha, Sijâdoque compererat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: prima res, quam Omar, quum Persas Iesdedscherdum regem creasse cognovisset, ipse peregit, ea fuit, quod ad praefectos Arabum, qui regionibus tribubusque praeerant, litteras daret mense Dsul hiddscha, anno tertio decimo, quum iter sacrum ingrederetur, quovis enim anno

من أبناء كسرى فلم يوجد عندهنّ منهم أحدٌ وقلن أو من قال منهنّ لم يبق إلّا غلامٌ
يُدْعَى يزْدَجِرْدَ من وَلَدِ شهريارَ بن كِسْرَى وأُمُّهُ من اهل بَادُورِيَا فارسلوا اليها فأخذوها
به وكانت قد أنزلَتْهُ في ايام شيرى حين جَمَعَهنّ في القصر الأبيض فقتل الذكور
فواعدت أخوالَهُ ثم دَلَّتْهُ اليهم في زَبِيلٍ فسألوها عنه وأخذوها به فدلّتهم عليه فأرسلوا
اليه فجاءوا به فملّكوه وهو ابنُ إحْدَى وعِشْرِينَ سَنَةً واجتمعوا عليه واطمأنّتْ فارِسُ
واستوسقوا وتبارَى الرُّؤساءُ في طاعته ومعونته فسمّى الجُنُودَ لكلّ مَسْلَحَةٍ كانتْ
لكِسْرَى أو موضعِ ثَغْرٍ فسمّى جُنْدَ الحيرة والانبار والمسالح والأُبُلَّةِ وبَلَغَ ذلك
من أمرِهم واجتماعِهم على يزدجِرْدَ المُثَنَّى والمسلمين فكتبوا الى عُمَرَ بما
ينتظرون ممّن بين ظَهْرانيهم فلم يصِلِ الكتابُ الى عُمَرَ حتى كَفَرَ أهلُ السّوادِ
مَنْ كان له عَهْدٌ فخرج المُثَنَّى على حَامِيَتِهِ حتى نزل بِذِي قَارٍ وتَنَزَّلَ
النّاسُ بالطَّفِّ في عسكر واحد حتى جاءهم كِتابُ عُمَرَ أمّا بَعْدُ فاخْرُجوا
من بين ظَهْرَيِ الأعاجِمِ وتفرّقوا في المِيَاهِ التي تَلِي الأعاجِمَ على حُدُودِ
أرْضِكُمْ وارضهم ولا تَدَعُوا في رَبِيعَةَ احدا ولا مُضَرَ ولا حُلَفَائِهِمْ
أحَدًا من اهل النَّجَدَاتِ ولا فارسا إلّا اجْتَلَبْتُمُوهُ فإنْ جاء طائعًا وإلّا
حشرتُموهُ احْمِلُوا العَرَبَ على الجِدِّ اذ جَدَّ العَجَمُ فلْتَلْقَوْا جِدَّهُمْ بِجِدِّكُمْ
فنزل المُثَنَّى بذي قار ونزل الناس بالجَلِّ وشِرَافَ الى غُضَيّ وغُضَيٌّ حِيَالُ
البصرة فكان جَرِيرُ بنُ عَبْدِ اللّهِ بغُضَيّ وسَبْرَةُ بنُ عَمْرٍو العَنْبَرِيُّ ومَنْ
أخَذَ إخْذَهُمْ فيمن معه الى سَلْمَانَ فكانوا في أمْوَاهِ العَرَبِ من أوّلها الى آخِرِها
مَسَالِحَ بعضُهم يَنْظُرُ الى بعض ويُغِيثُ بعضُهُمْ بَعْضًا إنْ كان كَوْنٌ وذلك في ذي
القَعْدَةِ من سنة ثلث عَشْرة

حدّثنا السَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وطَلْحَةَ وزِيَادٍ بإسْنَادِهِمْ
قالوا كان أوّل ما عمل به عُمَرُ حين بلغه أنّ فارس قد ملّكوا يزدجرد أنْ كَتَبَ الى
عُمَّالِ العرب على الكُوَرِ والقبائل وذلك في ذي الحِجَّة من سنة ثلث عشرة مَخْرَجَهُ الى

Caput vicesimum quintum

Iesdedscherd, Persarum rex, bellum contra Moslemos renovat

Exponuntur quae rerum apud El Kâdessijjam gestarum causam attulerunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea comperierat ex Mohammed ben abd alla ben sewâda ben nowaira, cui ab Asis ben kauf Temimita, postea Assidita, narrata fuerant, atque ex Talcha ben el alam Hanifita, cui ab El mogira ben oteiba ben ennahhas Idschlita narrata fuerant, atque ex Sijad ben sirdschis Achmarita, cui ab Abd erraachman ben sâbât Achmarita narrata fuerant. Qui dixerunt omnes: Persae vero ad Rustemum ac Firusânum, quos rebus suis praefecerant, sic locuti sunt: „quonam tandem abibitis? discordia continua ita laboratis, ut gentem Persarum labefactetis, hostemque ad eam invadendam incitetis. Animum vestrum plane non subit, gentem Persarum vos his consiliis praeficere, vos vero eam in interitum adducere, terrasque omnes prope Bagdâdum, Sâbâtam ac Tekritam sitas, sola El madâina excepta. Per Deum! nisi in concordiam redibitis, vos primos perimemus ante quam malevoli nostris malis gaudeant." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben michfar ea comperierat, cui a patre narrata fuerant. Qui dixit: Persae, quum Moslemi provinciam Sewâdensem depopularentur, dixerunt Rustemo: „*non exspectatis, per Deum, nisi ut ipsi invadamur, atque pereamus, neque* ab ullo, nisi a vobis factum est, ut in hanc imbecillitatem incideremus. O coetus principum! vos sane gentem Persarum in partes discidistis, eamque ab hostibus depellendis avocastis. Per Deum! nisi, vobis occisis, ipsi perituri essemus, extemplo mortem vobis inferremus. Quodsi vero ab hac agendi ratione non desistitis, certe vos perimemus, tumque, si perimus, post ultionem saltem in vos obtentam peribimus."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijadoque comperierat. Qui dixerunt: Firusan ac Rustem dixerunt Bûrânae *filiae Kesrae: „perscribe nobis uxores Kesrae, eiusque pellices, atque porro uxores hominum Kesrae* cognatorum, eorumque pellices!" Hoc igitur fecit Bûrân, nominaque in libello consignata ad duces transmisit. Qui, hominibus ad feminas illas conquirendas emissis, eas arcessiverunt cunctis, iisque, ut viros adducerent, imperarunt, poenam quoque iis minati sunt, ut per eas de prole mascula ab filiis

ذِكْرُ الخَبَرِ عَمّا هَيَّجَ أَمْرَ ٱلْقَادِسِيَّةِ ☆ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدِ بْنِ عَبْدِ ٱللَّهِ بْنِ سَوَادِ بْنِ نُوَيْرَةَ عن عَزِيزِ بْنِ كَعْبٍ ٱلتَّمِيمِيِّ ثُمَّ ٱلْأُسَيْدِيِّ وَطَلْحَةَ بْنِ ٱلْأَعْلَمِ الحَنَفِيِّ عن ٱلْمُغِيرَةِ بْنِ عُتَيْبَةَ بْنِ ٱلنَّهَّاسِ العِجْلِيِّ وَزِيَادِ بْنِ سَرْجِسَ ٱلْأَحْمَرِيِّ عن عَبْدِ ٱلرَّحْمٰنِ بْنِ سَابَاطٍ ٱلْأَحْمَرِيِّ قالوا جَمِيعًا قال أَهْلُ فَارِسَ لِرُسْتَمَ وَٱلْفَيْرُزَانِ وهما على اهل فارس أَيْنَ يُذْهَبُ بِكُمَا لم يَبْرَحْ بِكُمَا ٱلْاخْتِلَافُ حتى وَهَّنْتُمَا أَهْلَ فَارِسَ وَأَطْمَعْتُمَا فيهم عَدُوَّهُمْ وَإِنَّهُ لَمْ يَبْلُغْ مِنْ خَطَرِكُمَا أَنْ يُقِرَّكُمَا فَارِسُ على هذا ٱلرَّأْيِ وَأَنْ تُعَرِّضَاهَا لِلْهَلَكَةِ ما بَعْدَ بَغْدَادَ وَسَابَاطَ وَتَكْرِيتَ إِلَّا ٱلْمَدَائِنَ وَٱللَّهِ لَتَجْتَمِعَانِّ أَوْ لَنَبْدَأَنَّ بكما قَبْلَ أَنْ يَشْمَتَ بِنَا شَامِتٌ ☆ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عُبَيْدِ ٱللَّهِ بْنِ مُحَفِّزٍ عن ابيه قال قال أَهْلُ فَارِسَ لِرُسْتَمَ والمسلمون يَمْخُرُونَ ٱلسَّوَادَ ما تَنْتَظِرُونَ وَٱللَّهِ إِلَّا أَنْ يَنْزِلَ بنا وَنَهْلِكَ والله ما جَرَّ هذا ٱلْوَهْنَ علينا غَيْرُكُمْ يا مَعَاشِرَ ٱلْقُوَّادِ لقد فَرَّقْتُمْ بين أَهْلِ فَارِسَ وَثَبَّطْتُمُوهُمْ عن عَدُوِّهِمْ وَٱللَّهِ لو لا أَنَّ في قَتْلِكُمْ هَلَاكَنَا لَعَجَّلْنَا لَكُمُ ٱلْقَتْلَ ٱلسَّاعَةَ وَإِنْ لم تَنْتَهُوا لَنُهْلِكَنَّكُمْ ثم نَهْلِكُ حين نُهْلِكُكُمْ وقد ٱشْتَفَيْنَا مِنْكُمْ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن مُحَمَّدٍ وَطَلْحَةَ وَزِيَادٍ قالوا فقال ٱلْفَيْرُزَانُ وَرُسْتَمُ لِبُورَانَ ٱبْنَةِ كِسْرَى ٱكْتُبِي لنا نِسَاءَ كِسْرَى وَسَرَارِيَهُ وَنِسَاءَ آلِ كِسْرَى وَسَرَارِيَهُمْ فَفَعَلَتْ ثم اخرجت ذلك اليهم في كتاب فَأَرْسَلُوا في طَلَبِهِنَّ فلم يَبْقَ منهن أَحَدٌ إِلَّا أَتَوْا بها فَأَخَذُوهُنَّ بِالرِّجَالِ وَوَضَعُوا عليهن العذاب يَسْتَدِلُّونَهُنَّ على ذَكَرٍ

camelos onustos quorundam Debutarum ac Haumânitarum inciderunt, barbaros interfecerunt, ceperuntque homines tres Taglebitas defensores. Camelos quoque ceperunt, qui quidem jumenta valida erant. Dixit iis El mothanna „viae duces mihi estote!“ Tum unus illorum „in patrocinium vestrum, inquit, recipite familiam meam, bonaque mea, tum gentem quandam Taglebicam vobis indicabo, quam hodie mane reliqui.“ In patrocinium eum recepit El mothanna. Deinde cum eo per totum diem profectus, ad vesperam in gentem illam irruit, quum pecora ab aqua redirent, homines vero in areis ante tentoria sederent. Quos El mothanna statim adortus est. Viros Moslemi interfecerunt, feminas liberosque constrinxerunt, pecoraque rapuerunt. Tum hos homines ex gente Dsu rowaichila esse cognoverunt. Qui vero inter Moslemos aderant Rebutae captivos illos redemerunt, parte quadam praedae data, captivisque suis libertatem dederunt. Genealogum Rebutae non consulebant, quoniam Arabes tempore paganitatis genealogiarum periti erant. Deinde El mothanna certior *factus est, majorem eorum, qui per illas terras iter fecissent, partem ad littus*, id est Tigridis ripam, praedandi causa se recepisse. Quam ob rem El mothanna iter ingressus est. *Primo autem ejus agmini in his expeditionibus post proelium Bowaibense susceptis omnibus* Hodseifa ben mihsan Galfanita praefuit, aliis vero praefecti erant Ennooman ben auf ben ennoomân ac Matar, Scheibanitae. Tergis hostium assultare jussit Hodseifam, eosque subsequutus est. Hostes paulo infra Tekritam adsequuti sunt, qui, simul ut Moslemi irruerunt, in aquam se praecipitarunt. Tantum igitur praedae, quantum vellent, abstulerunt, ita ut singulus quisque quinque pecora, quinque captivos, nummosque quinque acciperet. Quae referens ille ad exercitum El anbârae commorantem rediit. Forat vero atque Ojeina ultra progressi in Sifflinum *incurrerunt*, ubi Namiritae ac Taglebitae juncti consederant. Quorum partem quandam irruentes Moslemi in aquam dejecerunt. Acriter eos urgebant, neque ab iis desistebant, succlamantes „mergimini, mergimini!“ Ipsi Ojeina ac Forat innitabundi in eos inclamabant „submersio pro crematione!“ ut in memoriam iis revocarent proelium quoddam tempore paganitatis commissum, quo facto illi homines nonnullos, ortos tribu Bekr ben wâjel, in arundineto crematerant. Deinde ad El mothannam reversi sunt, postquam illos merserant. Milites quum ad exercitum El anbarae constitutum rediissent, atque cohortes turmaeque, quae emissae fuerant, sensim eo reversae essent, El mothanna cum iis in El dschesnam descendit, ibique castra posuit. Omari cuivis exercitui speculatores *adjunxerat. Itaque quum res in illa expeditione* gestae ad eum perscriberentur, ea quoque, quae in proelio contra Taglebitas ad aquam edito Ojeina ac Forat exclamaverant, comperit. Propterea, legato misso, illos arcessivit, *quaestionemque de ea re instituit. Duces se, ut exem*plum severitatis ederent, illud dixisse responderunt, neque vero ut talionem, tempore paganitatis usitatam, exsequerentur, se ita egisse. Deinde, quum jusjurandum Omar ab iis exigeret, se illa re exemplum severitatis tantum edere, gloriamque islamismo augere voluisse, juraverunt. Tum Omar fidem iis habuit, eosque ad El mothannam remisit.

أخفافها وعظامها وجلودها ثم ادركوا عِيرًا من اهل دَبَا وحَوْران فقتلوا العلوج واصابوا ثلثة نفر من بنى تغلب خُفَرَآء واخذوا العِيرَ وكان ظهيرًا فاسلا وقال لهم دُلُّونى فقال أحدهم آمنونى على اهلى ومالى وأدلّكم على حَيّ من تغلب غدوتُ من عندهم اليوم فآمنه المثنّى وسار معه يومه حتى اذا كان العَشىّ هَجَمَ على القوم فاذا النَّعَم صادرة عن الماء واذا القوم جلوس بأفنية البيوت فبثّ غارته فقتلوا المقاتلة وسَبَوا الذُّرّيّة واستاقوا الأموال واذا هم بنو ذى الرُّوَيحلة فاشترى مَنْ كان بين المسلمين من ربيعة السبايا بنصيب من الفىء وأعتقوا سبيهم وكانت ربيعة لا تُسْبَى اذ العرب يتسابّون فى جاهليّتهم وأُخبر المثنّى أنّ جمهور من سلك البلاد قد انتجعوا شاطئ دجلة فخرج المثنّى وعلى مقدّمته فى غزواته هذه بعد البويب كلّها حذيفة بن محصن الغلفانىّ وعلى مجنّبتيه النعمان بن عوف بن النعمان ومطر الشيبانيّان فسرّح فى ادبارهم حذيفة واتّبعهم فأدركوهم بتكريت دُونها من حيث طلبوهم يخوضون الماء فاصابوا ما شآءوا من النَّعَم حتى اصاب الرجل خمسا من النَّعَم وخمسا من السَّبى وخمسا من المال وجاء به حتى ينزل على الناس بالانبار وقد مضى فرات وعتيبة فى وجوههما حتى اغاروا على صِفّين وبها النمر وتغلب متساندين فأغاروا عليهم حتى رموا بطائفة منهم فى الماء فناشدوهم فلم يقلعوا منهم وجعلوا ينادونهم الغرقَ الغرقَ وجعل عتيبة وفرات يذمّرون الناس وينادونهم تغريقٌ بتحريقٍ يذكّرونهم يوما من ايّامهم فى الجاهليّة أحرقوا فيه قوما من بكر بن وائل فى غيضة من الغياض ثم انكفؤوا راجعين الى المثنّى وقد غرّقوهم ✿ ولمّا تراجع الناس الى عسكرهم بالأنبار وتوافى بها البعوث والسرايا انحدر بهم المثنّى الى الحيرة فنزل بها وكانت تكون لعمر رحمة الله العيون فى كلّ جيش فكُتب الى عمر بما كان فى الغزاة فبلغ عمر الذى قال عتيبة وفرات يوم بنى تغلب والماء فبعث اليهما فسألهما فأخبراه أنّهما قالا ذلك على وجه أنّه مَثَلٌ وأنّهما لم يفعلا ذلك على وجه طلب ذَحْل الجاهليّة فاستحلفهما فحلفا أنّهما ما أرادا بذلك الا المَثَلَ وإعزاز الإسلام فصدّقهما وردّهما حتى قدما على المثنّى

ad iter faciendum vos accingite, Deum laudibus celebrate, atque ab eo orate, ut incolumes vos servet, deinque citato gradu discedite!“ Obtemperarunt ei milites. Sed mussitantes nonnullos audivit, quum dicerent „quam cito nobis insistent hostes!“ Tum El mothanna „insusurrate vobis honesta atque pia! Cavete vero, ne vobis insusurretis scelesta atque iniqua! Considerate res, easque recte perpendite, deinde loquimini! Nuntius rei ad urbem hostium nondum pervenit. Si vero eo pervenisset, terror tamen prohiberet, quo minus vos persequerentur; incursiones enim tantos terrores spargunt, ut per diem unum ad noctem homines iis distrahantur. Quin, si propugnatores, simul ut vos conspexerunt, statim vos persequuti essent, tamen vos alacriter procedentes non adsequerentur, nisi quum ad exercitum vestrum, sociosque vestros pervenirctis. Sin vos adsequerentur, ipse iis occurrerem, stimulo gemino excitatus, studio praemii, speque auxilii. Itaque confidite Deo, bonaque ab eo exspectate. Deus enim vos adiuvit locis compluribus, ad quos illi melius instructi quam vos accesserant. Rationem vobis reddam de me, meaque festinatione, usque, quae hac re intendo. Etenim Abu bekr, successor legati Dei, cui bene dicat Deus, faveatque, hoc nobis praecepit, ut raro subsistamus, raptim invadamus incurrentes, raptimque alias revertamur.“ Deinde El mothanna ultra cum iis processit, viae duces secum habebant, qui per deserta atque flumina eos transduxerunt, quoad El mothanna ad El anbâram cum iis pervenit. Obviam iis facti sunt apud El kufam praefecti Anbârenses, incolumitatem El mothannae gratulantes. Qui pollicitus est, se benigne eos habiturum esse, si res ipsis ex sententia procederent.

Haec ad me scripsit Essarii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque ea comperierat. Qui dixerunt: El mothanna, quum ab Bagdado El anbâram rediisset, El modarribum Idschlitam ac Seidum ad El kabâthum emisit, cui Fâris el unâb Taglebita praeerat; paulo post vero ipse El mothanna illos subsequutus est. Duo illi duces El kabâthum occuparunt, incolae vero, qui omnes Taglebitae erant, iam antea se disperserant, locumque vacuum reliquerant. Moslemi eos vestigiis sequuti, in extremos inciderunt, quos defendebat Fâris el unâb. Qui, postquam aliquantum temporis eos defendit, fugam arripuit, atque extremorum multos occiderunt Moslemi. El mothanna cum exercitu suo El anbâram rediit, illisque Forâtum ben hajjân Taglebitam praefecit. Quum El anbâram revenisset, Forâtum ben hajjân atque Otejbam ben ennahhâs emisit, eosque in gentes quasdam Taglebitas ac Namiricas in Siffino commorantes incurrere iussit. Paulo post ipse eos subsequutus est, militibusque Amrum ben abi solma Odschaimitam praefecit. Quum a Siffino prope abessent, El mothanna a Forâto atque Otejba se seiunxit, incolae Siffini vero aufugerunt, Euphratemque transierunt in El dschesiram tendentes, ubi in munitionem se receperunt. El mothanna, eiusque milites in tantam commeatus penuriam inciderunt, ut camelos vectarios mactarent, iis exceptis, quibus carere non poterant, atque etiam ungulas, atque ossa, pellesque comederent. Deinde in

وَتَأَهَّبُوا لِلشَّيْءِ وَٱحْمَدُوا اللّٰهَ وَسَلُوهُ ٱلْعَافِيَةَ ثُمَّ ٱنْكَشِفُوا قَبَضًا فَفَعَلُوا فَسَمِعَ هَمْسًا فيما بينهم ما أَسْرَعَ ٱلْقَوْمَ فِي طَلَبِنَا فقال تَنَاجَوْا بِٱلْبِرِّ وَٱلتَّقْوَى ولا تَتَنَاجَوْا بِٱلْإِثْمِ وَٱلْعُدْوَانِ ٱنْظُرُوا فِي الامور وَقَدِّرُوهَا ثُمَّ تَكَلَّمُوا إِنَّهُ لَمْ يَبْلُغِ ٱلنَّذِيرُ مَدِينَتَهُمْ بَعْدُ ولو بَلَغَهُمْ لَحَالَ ٱلرُّعْبُ بينهم وبين طَلَبِكُمْ إِنَّ لِلْغَارَاتِ رَوْعَاتٍ تَنْتَشِرُ عليها يومًا الى الليل ولو طَلَبَكُمُ ٱلْمُحَامُونَ مِنْ رَأْيِ ٱلْعَيْنِ ما أَدْرَكُوكُمْ وانتم على ٱلْعِرَابِ حتى تَنْتَهُوا الى عسكركم وجماعتكم وَلَوْ أَدْرَكُوكُمْ لَقَاتَلْتُهُمْ لِٱثْنَتَيْنِ ٱلْتِمَاسِ ٱلْأَجْرِ وَرَجَاءِ ٱلنَّصْرِ فَثِقُوا بالله وَأَحْسِنُوا بِهِ ٱلظَّنَّ فقد نَصَرَكُمُ اللّٰهُ فِي مواطن كثيرة وهم أَعَدُّ منكم وَسَأُخْبِرُكُمْ عَنِّي وعن ٱنْكِمَاشِي والذى أُرِيدُ بذلك إِنَّ خليفة رسول اللّٰه صلّى اللّٰه عليه وسلّم ابا بكر أَوْصَانَا أَنْ نُقَلِّلَ ٱلْعُرْجَةَ وَنُسْرِعَ ٱلْكَرَّةَ فِي الغارات وَنُسْرِعَ فِي غير ذلك ٱلْأَوْبَةَ وَأَقْبَلَ بهم ومعهم أَدِلَّاؤُهُمْ يقطعون بهم ٱلصَّحَارِيَ والانهار حتى ٱنْتَهَى بهم الى الانبار فَٱسْتَقْبَلَتْهُمْ دَهَاقِينُ ٱلْأَنْبَارِ بالكرامة واستبشروا بسلامته وكان مَوْعِدُهُ ٱلْإِحْسَانَ اليهم اذا ٱسْتَقَامَ لهم من أَمْرِهِمْ ما يُحِبُّونَ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة وزياد قالوا لما رَجَعَ المثنّى من بَغْدَاذَ الى الانبار سَرَّحَ ٱلْمُضَارِبَ ٱلْعِجْلِيَّ وَزَيْدًا الى ٱلْكَبَاثِ وعليه فَارِسُ ٱلْعَنَّابِ ٱلتَّغْلِبِيُّ ثم خَرَجَ فِي آثَارِهِمْ فَقَدِمَ الرجلان ٱلْكَبَاثَ وقد ٱرْفَضُّوا وَأَخْلَوْا الكباث وكان أَهْلُهُ كُلُّهُمْ من بَنِي تَغْلِبَ فَرَكِبُوا فِي آثَارِهِمْ يَتْبَعُونَهُمْ فَأَدْرَكُوا أُخْرَيَاتِهِمْ وَفَارِسُ ٱلْعَنَّابِ يَحْمِيهِمْ فحماهم ساعة ثم هَرَبَ وقتلوا فِي أُخْرَيَاتِهِمْ واكثروا وَرَجَعَ المثنّى الى عسكره بالانبار والخليفة عليهم فُرَاتُ بْنُ حَيَّانَ ٱلتَّغْلِبِيُّ فلما رجع المثنّى الى الانبار سَرَّحَ فُرَاتَ بْنَ حَيَّانَ وَعُتَيْبَةَ بْنَ ٱلنَّهَّاسِ وَأَمَرَهُمَا بالغارة على أَحْيَاءِ من تَغْلِبَ وَٱلنَّمِرِ بِصِفِّينَ ثم ٱتَّبَعَهُمَا وَخَلَّفَ على الناس عَمْرَو بْنَ أَبِي سُلْمَى ٱلْهُجَيْمِيَّ فلمّا دَنَوْا من صِفِّينَ ٱفْتَرَقَ المثنّى وَفُرَاتٌ وَعُتَيْبَةُ وَفَرَّ اهل صِفِّينَ وَعَبَرُوا ٱلْفُرَاتَ الى الجزيرة وتحصّنوا وَأَرْمَلَ ٱلْمُثَنَّى واصحابه من ٱلزَّادِ حتى أَكَلُوا على رَوَاحِلِهِمْ إِلَّا ما لا بُدَّ منها فَأَكَلُوهَا حتى

Haec ad me scripsit Essirri, qui a *Schoaibo ea acceperat*, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben mechfar ea compererat, cui a patre tradita fuerant. Qui dixit: homo quidam Hirensis dixit El mothannae: „agedum, indicabimus tibi oppidum, ad quod mercatores El madâinae Chosrois ac provinciae Sewâdensis confluunt, semel quocunque anno ibi convenientes. Tantos ibi secum habent thesauros, ut quasi gazam efficiant. His ipsis vero diebus mercatus illic habetur. Itaque si iis inopinantibus supervenire potes, illo loco thesauris potieris, qui tantam opulentiam in Moslemos conferent, ut, dum vivent, subsidia contra hostes ex iis haurire possint." Cui El mothanna: „quantum inter El madainam Chosrois atque illud oppidum interest?" Respondit ille: „*pars quaedam diei, vel dies integra.*" Tum El mothanna: „quomodo illo loco potiri possum?" Illi vero: „hoc tibi praecipimus, ut, si ad illud oppidum contendere vis, per desertum iter instituas, donec ad El chanâfissam perveneris. Anbârenses enim ad illud oppidum pergentes, nuntium de te eo perferent, quo facto, illi securi fient. Deinde iter inflectes ad Anbarenses versus, viaeque duces ab praefectis requires, quibuscum ab El anbara profectus per totam noctem iter facies, ut mane ad illos pervenias, primaque luce in eos incurrere possis." Itaque El mothanna ab Ellîssa profectus ad El chanâfissam tetendit, inde vero retro versus iter ad El anbaram inflexit. Cuius urbis praefectus, quum illum accedere sentiret, in munitionem se recepit, *nam, quisnam ille esset, nesciebat, quum noctu* venisset. Simul ut vero El mothannam recognovit, ad eum egressus est. Tum El mothanna, quum cupidinem, tum metum, illi iniiciens, ut taceret, ei praecepit, dixitque: „incursionem facere volo, propterea viae duces mecum mitte, qui ad Bagdâdum me deducant, ut ab eo in El madâinam incurram." Praefectus „ipse, inquit, tecum proficiscar." El mothanna vero: „te mecum ire, nolo, sed eos homines mecum mitte, qui melius quam tu viam noscant." Itaque praefectus victum pabulumque Moslemis praebuit, viaeque duces iis adiunxit. Quibus acceptis, Moslemi ultra progressi sunt, quoad dimidiam partem itineris confecerunt. Tum El mothanna „quantum interest, inquit illis, inter me atque illud oppidum?" Illi „quattuor vel quinque parasangae." El mothanna vero suis: „quinam ad vigilias agendas praesto sunt?" Quibus auditis, statim praesto ei adfuerunt nonnulli. Quibus ille: „diligenter vigilias agite!" Deinde de iumento descendit, dixitque: „subsistite, o milites, cibumque capite, *deinde vos abluite, vosque accingite!*" Praecursores emisit, qui homines corriperent, ut Moslemi praevenirent nuntios. Post coenam factam iter perrexit sub finem *noctis* ad Bagdâdenses versus. In quorum mercatum multo mane irruit. Gladium in eos coniiciens, caedem fecit, militesque abstulerunt, quaecunque vellent. Quibus El mothanna „ex omnibus his nolite sumere, nisi aurum et argentum, vasa aurea atque argentea, vestesque sericas." Quibus confectis, retro reversus est, atque ad Nahr essâlichîn in provincia Anbârensi substitit. Quo loco quum consedisset, ad milites concionatus est, dixitque: „considite iam, negotiaque vestra gerite, deinde

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عبيد الله بْنِ مُحَفِّزٍ عن ابيه
قال قال رَجُلٌ من أَهْلِ الحِيرَةِ لِلْمُثَنَّى أَلَا أَدُلُّكَ على قَرْيَةٍ يَأْتِيهَا تُجَّارُ مَدَآئِنِ
كِسْرَى وَٱلسَّوَادِ وتجتمع بها في كلّ سنة مَرَّةً ومعهم فيها الاموال كَبَيْتِ ٱلْأَمْوَالِ
وهذه ايّام سوقهم فَإِنْ أَنْتَ قَدَرْتَ أَنْ تُغِيرَ عليهم وهم لا يشعرون أَصَبْتَ
فيها مَالًا يكون غِنَآءً للمسلمين وَقَوُوا به على عَدُوِّهِمْ دَهْرَهُمْ قال كَمْ بَيْنَ
مَدَآئِنِ كِسْرَى وبينها قال بَعْضُ يَوْمٍ أَوْ عَامَّةُ يَوْمٍ قال فَكَيْفَ لي بها
قالوا تَأْمُرُكَ إِنْ أَرَدتَّهَا أَنْ تَأْخُذَ طَرِيقَ ٱلْبَرِّ حتى تَنْتَهِيَ الى الخنافس فَإِنَّ
أَهْلَ ٱلْأَنْبَارِ سَيَضْرِبُونَ اليها وَيُخْبِرُونَ عنك فَيَأْمَنُونَ ثم تَعُوجُ على اهل
الانبار فَتَأْخُذُ الدهاقين بِٱلْأَدِلَّآءِ فَيَسِيرُ بك سَوَادَ لَيْلَتِكَ من الانبار حتى تأتيهم
ضُحًى فَتُصَبِّحُهُمْ غَارَةً فَخَرَجَ من ٱلْلَّيْسِ حتى أَتَى الخَنَافِسَ ثم عاج حتى رَجَعَ على
الانبار فلما أَحَسَّهُ صَاحِبُهَا تَحَصَّنَ وهو لا يَدْرِي مَنْ هو وذلك ليلا فلما عَرَفَهُ نزل
اليه فَأَطْمَعَهُ المثنّى وَخَوَّفَهُ واستكتمه وقال إِنِّي أُرِيدُ أَنْ أُغِيرَ فَٱبْعَثْ معي
بِٱلْأَدِلَّآءِ الى بَغْدَادَ حتى أُغِيرَ منها الى المدائن قال أَنَا أَجِيءُ مَعَكَ قال لا أُرِيدُ
أَنْ تَجِيءَ معي وَلٰكِنِ ٱبْعَثْ معي مَنْ هو أَدَلُّ منك فَزَوَّدَهُمُ ٱلْأَطْعِمَةَ
وَٱلْأَعْلَافَ وَبَعَثَ معهم بِٱلْأَدِلَّةِ فساروا حتى اذا كانوا بِٱلنِّصْفِ قال لهم
المثنّى كَمْ بيني وبين هذه ٱلْقَرْيَةِ قالوا أَرْبَعَةُ أَوْ خَمْسَةُ فَرَاسِخَ فقال لاصحابه مَنْ
يَنْتَدِبُ لِلْحَرَسِ فانتدب له قَوْمٌ فقال أَذْكُوا حَرَسَكُمْ وَنَزَلَ وقال أَيُّهَا
ٱلنَّاسُ أَقِيمُوا وَٱطْعَمُوا وَتَوَضَّؤُوا وَتَهَيَّؤُوا وبعث الطلائع فَحَبَسُوا ٱلنَّاسَ
لِيَسْبِقُوا ٱلْأَخْبَارَ فلما فرغوا أَسْرَى اليهم آخِرَ ٱللَّيْلِ فَعَبَرَ اليهم
فصبّحهم في اسواقهم فَوَضَعَ فيهم ٱلسَّيْفَ فَقَتَلَ وَأَخَذُوا ما شاؤوا وقال
المثنّى لا تأخذوا إِلَّا ٱلذَّهَبَ وَٱلْفِضَّةَ من ٱلصَّفْرَآءِ وَٱلْبَيْضَآءِ والحُرّ
من كلّ شيء ثم خرج كَارًّا رَاجِعًا حتى نزل بِنَهْرِ ٱلسَّيْلَحِينَ بالانبار
فنزل وَخَطَبَ ٱلنَّاسَ وقال أَيُّهَا ٱلنَّاسُ ٱنْزِلُوا وقضّوا أَوْطَارَكُمْ

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben michfar ea comperierat, cui a patre tradita fuerant. Qui dixit: homo quidam Hîrensis dixit El mothannae „agedum, indicabimus tibi oppidum, ad quod mercatores El madâinae Chosrois ac provinciae Sewâdensis confluunt, semel quocunque anno ibi convenientes. Tantos ibi secum habent thesauros, ut quasi gazam efficiant. His ipsis vero diebus mercatus illic habetur. Itaque si iis inopinantibus supervenire potes, illo loco thesauris potieris, qui tantam opulentiam in Moslemos conferent, ut, dum vivent, subsidia contra hostes ex iis haurire possint." Cui El mothanna „quantum inter El madainam Chosrois atque illud oppidum interest?" Respondit ille „pars quaedam diei, vel dies integra." Tum El mothanna „quomodo illo loco potiri possum?" Illi vero „hoc tibi praecipimus, ut, si ad illud oppidum contendere vis, per desertum iter instituas, donec ad El chanâfissam perveneris. Ennabarenses enim ad illud oppidum pergentes, nuntium de te eo perferent, quo facto, illi securi fient. Deinde iter inflectes ad Ennabarenses versus, viaeque duces ab praefectis requires, quibuscum ab El anbara profectus per totam noctem iter facies, ut mane ad illos pervenias, primaque luce in eos incurrere possis." Itaque El mothanna ab Ellîssa profectus ad El chanâfissam tetendit, inde vero retro versus iter ad El anbaram inflexit. Cuius urbis praefectus, quum illum accedere sentiret, in munitionem se recepit, *nam, quisnam ille esset, nesciebat, quum noctu veniret.* Simul ut vero El mothannam recognovit, ad eum egressus est. Tum El mothanna, quum cupidinem, tum metum, illi iniiciens, ut taceret, ei praecepit, dixitque „incursionem facere volo, propterea viae duces mecum mitte, qui ad Bagdâdum me deducant, ut ab eo in El madâinam incurram." Praefectus „ipse, inquit, tecum proficiscar." El mothanna vero „te mecum ire, nolo, sed eos homines mecum mitte, qui melius quam tu viam noscant." Itaque praefectus victum pabulumque Moslemis praebuit, viaeque duces iis adiunxit. Quibus acceptis, Moslemi ultra progressi sunt, quoad dimidiam partem itineris confecerunt. *Tum El mothanna* „*quantum interest*, inquit illis, inter me atque illud oppidum?" Illi „quattuor vel quinque parasangae." El mothanna vero suis „quinam ad vigilias agendas praesto sunt?" Quibus auditis, statim praesto ei adfuerunt nonnulli. Quibus ille „diligenter vigilias agite!" Deinde de iumento descendit, dixitque „subsistite, o milites, cibumque capite, deinde vos abluite, vosque accingite!" Praecursores emisit, qui homines comprehenderent, ut Moslemi praevenirent nuntios. *Post coenam factam iter perrexit sub finem noctis ad Bagdadenses* versus. In quorum mercatum multo mane irruit. Gladium in eos coniiciens, caedem fecit, militesque abstulerunt, quaecunque vellent. Quibus El mothanna „ex omnibus his nolite sumere, *nisi aurum et argentum, vasa aurea atque argentea*, vestesque sericas." Quibus confectis, retro reversus est, atque ad Nahr essâlichîn in provincia Anbârensi substitit. Quo loco quum consedisset, ad milites concionatus est, dixitque „considite iam, negotiaque vestra gerite, deinde

كتب إلى السرى عن شعيب عن سيف عن عبد الله بن جعفر عن ابيه
قال قال رجل من أهل الحيرة للمثنى ألا أدلك على قرية يأتيها تجار مدائن
كسرى والسواد وتجتمع بها فى كل سنة مرة ومعهم فيها الاموال كبيت الأموال
وهذه ايام سوقهم فإن أنت قدرت أن تغير عليهم وهم لا يشعرون أصبت
منها مالا يكون غناء للمسلمين وقووا به على عدوهم دهرهم قال كم بين
مدائن كسرى وبينها قال بعض يوم أو عامة يوم قال فكيف لى بها
قالوا نأمرك ان أردتها أن تأخذ طريق البر حتى تنتهى الى الخنافس فإن
أهل الأنبار سيضربون اليها ويخبرون عنك فيأمنون ثم تعوج على اهل
الانبار فتأخذ الدهاقين بالأدلاء فتسير سواد ليلتك من الانبار حتى تأتيهم
صبحا فتصبحهم غارة فخرج من أليس حتى أتى الخنافس ثم عاج حتى رجع على
الانبار فلما أحسه صاحبها تحصن وهو لا يدرى من هو وذلك ليلا فلما عرفه نزل
اليه فأطمعه المثنى وخوفه واستكتمه وقال إنى أريد أن أغير فابعث معى
بالأدلاء الى بغداد حتى أغير منها الى المدائن قال أنا أجىء معك قال لا أريد
أن تجىء معى ولكن ابعث معى من هو أدل منك فزودهم الأطعمة
والأعلاف وبعث معهم بالأدلاء فساروا حتى اذا كانوا بالنصف قال لهم
المثنى كم بينى وبين هذه القرية قالوا أربعة أو خمسة فراسخ قال لاصحابه من
ينتدب للحرس فانتدب له قوم فقال أذكوا حرسكم ونزل وقال أيها
الناس أقيموا واطعموا وتوضؤوا وتهيؤوا وبعث الطلائع فحبسوا الناس
ليسبقوا الأخبار فلما فرغوا أسرى اليهم آخر الليل فعبر اليهم
فصبحهم فى اسواقهم فوضع فيهم السيف فقتل وأخذوا ما شاؤوا وقال
المثنى لا تأخذوا الا الذهب والفضة من الصفراء والبيضاء والحر
من كل شىء ثم رجع كارا راجعا حتى نزل بنهر السيلحين بالانبار
فنزل وخطب الناس وقال أيها الناس انزلوا وقضوا أوطاركم

Caput vicesimum quartum

Moslemi diripiunt mercatum Chanâfissensem ac Bagdâdensem

Redit narratio ad ea quae tradidit Seif. Exponuntur res ad El chanafissam gestae. Haec ad me scripsit Essiri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque ea compererat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: El mothanna, quum provinciam Sewâdensem depopularetur, El hîrae reliquit Beschirum ben el chassâssijje, in Missânam emisit Dscherîrum, in Dest meissânam vero Hilâlum ben ullufa Temîmitam, praesidiis auxilio submisit Ismam ben fulân Dabbitam, Arfadscham Bârekitam, aliosque huius generis duces Moslemos. Ipse primam adgressus est Ellîssam, oppidum Anbarense, unde haec expeditio vocata est expeditio Anbârensis altera, atque expeditio Ellissensis altera. Adierunt vero El mothannam homines duo, alter Anbârensis, alter Dschasirita, quorum uterque quendam nundinarum locum ei indicavit, Anbârensis El chanâfissam, Dschasirita Bagdadum. Tum El mothanna „uter mercatus prior est?“ Responderunt „inter utrumque aliquot dies intersunt.“ Atque El mothanna „uter properatione dignior?“ Illi vero „mercatus El Chanafissae, ad quem confluunt, atque in quo conveniunt Rebutae ac Kodâitae, ut homines defendant.“ Itaque El mothanna ad hunc locum occupandum se praeparavit. Deinde, quum iam putaret, die nundinarum se ad eum pervenire posse, ad eum versus profectus est. Subito igitur nundinarum die in El chanâfissam irruit, in qua duae Rebîtarum ac Kodaitarum cohortes aderant. Kodâitis praeerat Rumânus ben wabara, Rebîtis Esschil ben Kais, qui defensores erant. Mercatum, et quaecunque in eo aderant, disiecit El mothanna, diripuitque defensores. Deinde sine mora retro reversus est, ut praefectis Anbârensibus prima luce superveniret. Qui primo quidem in munitionem se receperunt, simul ut vero illum recognoverunt, ex arce descendentes, pabulum victumque ad eum attulerunt, viae duces quoque ei dederunt, qui ad Bagdâdum eum deducerent. Itaque ad Bagdadum versus profectus, mane in illius loci homines irruit. Deinde Moslemi, dum El mothanna El anbârae commoratur, provinciam Sewâdensem depopulati sunt, atque incursiones fecerunt in eam terram, quae inter Kaskaram inferiorem atque Euphratem inferiorem sita est. Viam quoque exploraverunt, quae ad Ain ettamram fert, terrasque adiacentes, quae ex terris El felâlidschae atque El âli sunt.

رجع الحديث الى حديث سيف * خبر الخنافس * كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن محمّد وطلحة وزياد باسنادهم قالوا وخرج المثنّى السواد وخلّف بالحيرة بشير بن الخصاصيّة وأرسل جريرا الى ميسان وهلال بن علّفة التيمىّ الى دست ميسان وأذكى المسالح بعصمة بن فلان الضبّىّ وبعرفجة البارقىّ وامثالهما من قوّاد المسلمين فبدأ فنزل أُلّيس قرية من قرى الانبار وهذه الغزاة تدعى غزاة الانبار الآخرة وغزاة أُلّيس الآخرة وألزّ رجلان بالمثنّى أحدهما انبارىّ والآخر حيرىّ يدلّه كلّ واحد منهما على سوق فامّا الانبارىّ فدلّه على الخنافس فامّا الحيرىّ فدلّه على بغداذ فقال المثنّى أيّتهما قبل صاحبتها فقالوا بينهما ايّام قال أيّهما أعجل قالوا سوق الخنافس سوق يتوافى اليها ويجتمع بها ربيعة وقضاعة يخفرونهم فاستعدّ لها المثنّى حتى اذا ظنّ أنّه موافيها يوم سوقها ركب نحوهم فاغار على الخنافس يوم سوقها وبها خيلان من ربيعة وقضاعة وعلى قضاعة رومانس بن وبرة وعلى ربيعة السليل بن قيس وهم الخفراء فانتسف السوق وما فيها وسلب الخفراء ثمّ رجع عوده على بدئه حتى يطرق دهاقين الانبار طروقا فى اوّل النهار يومه فتحصّنوا منه فلما عرفوه نزلوا اليه فأتوه بالاعلاف والزاد وأتوه بالادلّاء على بغداذ فكان وجهه الى سوق بغداذ فصبّحهم والمسلمون يمخرون السواد والمثنّى بالانبار ويشنّون الغارات فيما بين أسفل كسكر وأسفل الفرات وجسّوا مثقبا الى عين التمر وما والاها من الارض فى أرض الفلاليج والعال

Addit ille: parum credibile hoc mihi visum est, donec vir quidam doctus, cuius fidem suspectam non habeo, Mihranum Arabem fuisse me docuit, qui apud patrem commorans in El-Iemena adoleverit, mancipiis Chosrois adnumeratum. Quod quum comperissem, illud incredibile mihi non visum est. El-Mothanna vero, litteris ad Omarum datis, apud eum criminatus est Dscherirum. Cui rescripsit Omar: „is non sum, qui te praeficiam homini, qui ex familiaribus Mohammedis, cui bene dicat Deus, ipse fuit," id est Dscheriro. Illo tempore Omar Saadum ben abi wakkâs cum sex millibus, quibus eum praefecit, in El-Irâkam miserat. Itaque El-Mothannae ac Dscheriro ben abd alla scripsit, ut se iungerent Saado ben abi wakkâs, quem illis praefecit. Saad vero iter fecit, donec ad Schirâfam castra posuit, apud quam El-Mothanna ac Dscherir cum eo coierunt. Hoc quidem loco hibernavit Saad, militesque sensim ad eum confluxerunt. El-Mothanna ben hâretha vero mortuus est.

قالَ فأنكرتُ ذلك حتى حدّثني مَنْ لا أتّهِمُ من اهل العلم أنّهُ كان عربيًّا نسبًا
مع انه بالنبطيّ اذ كان غلاما لكسرى قال فلم أُنكرْ ذلك حين بلغني
وكتبَ المثنّى الى عمرَ يستحثّ بجرير فكتب عمرُ الى المثنّى انّي لم أكنْ لأستعملك
على رجلٍ من اصحاب محمّدٍ صلّى الله عليه يعني جريرًا وقد وجّهَ عمرُ سعدَ بنَ أبي
وقّاصٍ الى العراق في ستّة آلاف أمّرَهُ عليهم وكتبَ الى المثنّى وجرير بن عبد الله
ان يجتمعا الى سعد بن ابي وقّاص وأمّرَ سعدًا عليهما فسارَ سعدٌ حتى نزلَ بِشَراف
وسار المثنّى وجرير حتى نزلا عليه فشتّا بها سعدٌ واجتمع اليه الناس ومات
المثنّى بن حارثة

Quod Ebn ishâkum adtinet, de rebus Dscheîri, atque Arfadschae, El mothannaeque, proelioque contra Mihrânum edito, alia tradit, quam quae Seifus de his rebus exponit. Quae autem ille de his rebus prodit, ea sunt, quae Mohammed ben homeid nobis narravit, qui dixit nobis ea narravit Salama, qui ex Ebn ishak ea compererat. Qui dixit: quum Omar de clade, quam ad pontem acceperant, certior factus esset, profugique ad eum se reciperent, accesserunt ad eum *Dscheîr ben abd alla Bedschîlita*, ex El jemena cum equitibus Bedschîlitis veniens, atque Arfadscha ben harthama. Arfadscha vero illo tempore Bedschîlitis praeerat, foedere iis adjunctus, tribu Esditarum ortus. Ad quos homines verba faciens Omar „jam comperistis, inquit, quam gravem cladem fratres vestri in El iraka acceperint. Itaque ad eos contendite! Gentiles vestros ex tribubus Jemenensibus evocabo, eosque vobis adjungam." Tum illi „faciemus hoc, o princeps fidelium!" Itaque Omar ad eos evocavit gentes duas, Kais kubbam atque Oreinam, quae tunc apud familias tribus Amer ben ssassaa commorabantur, iisque Arfadscham ben harthama praefecit. Propter quod succensens Dscheîr ben abd alla Bedschîlita dixit Bedschîlitis „deferte rem ad principem fidelium!" Itaque hi Omaro „hominem nobis praefecisti, qui ex nobis non est." Tum Omar nuntium ad Arfadscham misit, eique „quidnam, inquit, illi dicunt?" Cui respondit Arfadscha „recte dicunt, o princeps fidelium! ex illis non sum, sed vir Esdita sum. Sanguinem fecimus tempore paganitatis in gente nostra, proptereaque ad Bedschîlitas secessimus, atque apud eos principatum *obtinuimus*, ut novisti." Tum Omar „dignitatem tuam retinebis, repelle eos, quemadmodum te repellunt!" Ille vero „hoc non faciam, inquit, neque cum iis proficiscar!" Itaque Arfadscha ad El basram contendit, posteaquam illi ibi consederant. Bedschîlitis, quum consedissent, Omar praefecit Dscheîrum ben abd alla, qui in illius locum substitus ad El kufam eos duxit. Omar vero socios ei adjunxit gentiles ipsius Bedschîlitas. Quibuscum ultra processit Dscheîr, donec *ab* El mothanna ben haretha prope abesset. Tum El mothanna ad eum scripsit „ad me accede, nam mihi subsidio missus es." Rescripsit vero *Dscheîr „hoc equidem non faciam, nisi princeps fidelium hoc jubet, tu enim dux es, atque* ego quoque dux sum." Inde quum ad pontem perrexisset Dscheîr, apud Ennochailam ei occurrit Mihran ben bâdsan, princeps quidam Persarum, qui, ponte trajecto, Dscheîrum petebat. Itaque proelio acerrimo ibi decertarunt. In Mihrânum irruit El mondsir ben hassân ben dera Dabbita, eumque confodit. Qui cum ex jumento decideret, in eum irruit Dscheîr, caputque ei praecidit. Tum de ejus spoliis illi duo homines inter se litigarunt, denique res ita composita est, ut Dscheîr arma caperet, El mondsir ben hassân vero cingulum. Addit ille: narraverunt mihi, Mihrânum, quum Dscheîro occurreret, dixisse:

Si in me inquiritis, Mihrânum me esse scitote!
Equidem ei qui me nescit, me sisto ortum a Bâdsâno.

وَأَمَّا ٱبْنُ إِسْحَقَ فَإِنَّهُ قال في أَمْرِ جَرِيرٍ وَعَرْفَجَةَ وَٱلْمُثَنَّى وَقِتَالِ مِهْرَانَ غَيْرَ ما قصّ سَيْفٌ من أخبارهم والذى قال في أمرهم ما حَدَّثَنَا مُحَمَّدُ بْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ٱبْنِ إِسْحَقَ قال لما ٱنْتَهَتْ الى عُمَرَ بْنِ الخَطَّابِ مُصِيبَةُ اصحاب الجسر وَقَدِمَ عليه فَلُّهُمْ قَدِمَ عليه جرير بن عبد الله البَجَلِيُّ من ٱلْيَمَنِ في رَكْبٍ من بَجِيلَةَ وَعَرْفَجَةُ بْنُ هَرْثَمَةَ وكان عَرْفَجَةُ يَوْمَئِذٍ سَيِّدَ بَجِيلَةَ وكان حليفًا لهم من ٱلْأَزْدِ فَكَلَّمَهُمْ عُمَرُ فقال لهم إِنَّكُمْ قد عَلِمْتُمْ ما كان من المصيبة في إِخْوَانِكُمْ بالعراق فسيروا اليهم فَأَنَا أُخْرِجُ اليكم من كان منكم في قبائل العرب فَأَجْمَعُهُمْ اليكم فقالوا نَفْعَلُ يا أَمِيرَ المؤمنين فَأَخْرَجَ لهم قَيْسَ كُبَّةَ وَسُحْمَةَ وَعُرَيْنَةَ وكانوا في قبائل بنى عامر بن صَعْصَعَةَ وأَمَّرَ عليهم عَرْفَجَةَ بْنَ هَرْثَمَةَ فغضب من ذلك جرير بن عبد الله البَجَلِيُّ فقال لبجيلةَ كَلِّمُوا امير المؤمنين فقالوا له ٱسْتَعْمَلْتَ علينا رجلا ليس منّا فَأَرْسَلَ الى عَرْفَجَةَ فقال ما يقول هَؤُلَاءِ قال صَدَقُوا يا امير المؤمنين لَسْتُ منهم وَلَكِنِّي رَجُلٌ من ٱلْأَزْدِ كُنَّا أَصَبْنَا في الجاهليّة دَمًا في قومنا فلحقنا بَجِيلَةَ فَبَلَغْنَا فيهم من ٱلسُّؤْدَدِ ما بلغك فقال له عُمَرُ فَٱثْبُتْ على مَنْزِلَتِكَ وَدَافِعْهُمْ كما يُدَافِعُونَكَ قال لَسْتُ فاعلًا ولا سائرًا معهم فَسَارَ عَرْفَجَةُ الى ٱلْبَصْرَةِ بَعْدَ أَنْ نَزَلَتْ وَنَزَلَتْ بَجِيلَةُ وَأَمَّرَ عُمَرُ على بجيلة جرير بن عبد الله فسار بهم مَكَانَهُ الى الكوفة وَضَمَّ اليه عُمَرُ قومه من بجيلة فَأَقْبَلَ جَرِيرٌ حتى اذا مَرَّ قريبًا من ٱلْمُثَنَّى بْنِ حَارِثَةَ وَكَتَبَ اليه المثنّى أَنْ أَقْبِلْ إِلَيَّ فَإِنَّمَا أنت مَدَدٌ لى فكتب اليه جرير إِنِّي لَسْتُ فاعلًا الّا انْ يَأْمُرَنِي بذلك امير المؤمنين أَنْتَ أَمِيرٌ وَأَنَا أَمِيرٌ ثم سار جرير نَحْوَ الجِسْرِ فَلَقِيَهُ مِهْرَانُ بْنُ بَاذَانَ وكان من عُظَمَاءِ فَارِسَ عند ٱلنُّخَيْلَةِ قد قَطَعَ اليه الجِسْرَ فاقتتلوا قتالا شديدا وَشَدَّ ٱلْمُنْذِرُ بْنُ حَسَّانَ بْنِ ضِرَارٍ ٱلضَّبِّيُّ على مِهْرَانَ فَطَعَنَهُ فوقع عن دابّته فَٱقْتَحَمَ عليه جرير فَٱحْتَزَّ رَأْسَهُ فَٱخْتَصَمَا في سَلَبِهِ ثم ٱصْطَلَحَا فيه فَأَخَذَ جَرِيرٌ ٱلسِّلَاحَ وَأَخَذَ ٱلْمُنْذِرُ بْنُ حَسَّانَ مِنْطَقَتَهُ قال وَحُدِّثْتُ أَنَّ مِهْرَانَ لما لَقِيَ جريرا قال

إِنْ تَسْأَلُوا عَنِّي فَإِنِّي مِهْرَانْ أَنَا لِمَنْ أَنْكَرَنِي ٱبْنُ بَاذَانْ

rant, in exercitu adfuit, quin cum his equitibus egrederetur. Bovibus, captivisque, praedisque omnium generum multis potiti sunt. Quas El mothanna ita inter eos partitus est, ut militibus fortissimis singularum tribuum portionem majorem tribueret. Bedschilitis vero unum quintae partis quadrantem, tanquam manubias, dedit, aequaliter inter eos distribuendum, reliquos quadrantes tres Ikrimam ad Omarum perferre jussit. Deus quum animis Persarum terrorem incussisset, duces, qui persequentibus praeerant, Assem, Isma, ac Dscherîr, ad El mothannam scripserunt: „celebrandus laudandusque Deus incolumes nos praestitit, hostem *avertit, nobisque impertivit quae vidisti. Jam militibus nostris ita nulla obstant, ut ultra progrediendi potestatem nobis* facere possis." Quod quum ille concessisset, usque ad Sâbâtam processerunt. Sabâtenses in munitionem se receperunt, itaque Moslemi oppida vicina diripuerunt. Quum vero praesidium, quod munitionem Sâbâtensem tenebat, ex ea excurrens Moslemos lacesseret, primi in munitionem illorum penetrarunt duces tres, Isma, Assem ac Dscherîr, quos mox secutae sunt cohortes omnes. Deinde reditum parantes ad El mothannam reversi sunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Atijje ben el hâreth ea compererat. Qui dixit: *postquam Deus Mihrânum deleverat*, Moslemi in provinciam Sewâdensem inter ipsos ac Tigridem sitam incurrere potuerunt, quam depopulati sunt, neque ullum certamen timentes, neque ullum prohibentem obvium habentes. Abierunt enim praesidia Persarum, ad illos reversa, seque Sâbâta receperunt, quamobrem laetabantur Moslemi, Persas jam ea, quae pone Tigridem sita essent, relinquere. Proelium Bowaibense editum est mense Ramadâno, anno tertio decimo, quo quidem proelio Deus Mihrânum ejusque exercitum peremit. Ossibus utriusque El bowaibi latus ita repleverunt, ut iis quasi farctum esset. Quae tempore seditionis terra nondum consumserat, neque ullus per illum campum adsultabat, quin offendens os laberetur. Situm est El bowaib inter Essukûnum ac Marhabam, Solemitisque, temporeque Chosroum canalis quidam Euphratis erat, atque in El dschaufum effundebatur. Tum El awar Abdita Schabbensis pronuntiavit haec:

1 Si scit vit[illegible] suae Awaro mansio gentis de [illegible]
Quae transita est relicto Abd el kusso, in Chaffânum

2 Ubi [illegible] nos conspicio conventum [illegible]
Quum e Bedschilitis deleretur agmen Mihrâni

3 Illo tempore quo El mothanna cum equitatu in eos invasit
Atque deleti sunt duces Persarum [illegible] Dsch[illegible]

4 Tunc ut ille in Mihrânum agmenque [illegible]
Occidit eos peremit [illegible] alios alios [illegible]

إلّا خرج في الخيل فأصابوا من الغنم والسبي وسائر الغنائم شيئًا كثيرًا فقسّمه المثنّى عليهم وفضّل أهل البلاء من جميع القبائل ونفّل جملته يومئذ رُبع الخمس بينهم بالسويّة وبعث بثلاثة أرباعه مع عكرمة وألقى الله الرعب في قلوب أهل فارس وكتب القُوّادُ الذين قادوا الناس في الطلب الى المثنّى وكتب عاصم وعصمةُ وجرير إنّ الله عزّ وجلّ قد سلّم وكفى ووجّه لنا ما رأيت وليس دون القوم شيء فتأذن لنا في الاقدام فأذن لهم فأغاروا حتى بلغوا ساباط وحصّن أهلُ ساباط منهم واستباحوا القريات دونها وراماهُمْ أهلُ الحصن بساباط عن حصنهم وكان أوّل مَنْ دخل حصنهم ثلاثةُ قُوّادٍ عصمةُ وعاصمٌ وجريرٌ وقد تبعتهُمْ أوزاعُ الناس كُلّهمْ ثم انكفؤوا راجعين الى المثنّى ☆ كتب اليّ السّريّ عن شُعيبٍ عن سيفٍ عن عطيّة بن الحارث قال لمّا أهلك الله مهران استمكن المسلمون من الغارة على السّواد فيما بينهم وبين دجلة فمخرُوها لا يخافون كيدًا ولا يلقوْن فيه مانعًا وانتقضتْ مسالحُ العجم فرجعت اليهم واعتصمُوا بساباط وسرّهُمْ أنْ يتركُوا ما وراءَ دجلة وكانت وقعة البويب في رمضان سنة ثلاث عشرة فقتل الله مهْران وجيشه وأفعمُوا جنبتي البويب عظامًا حتى استوى وما عفّى عليها التراب أزمان الفتنة وما يثارُ هنالك شيء إلّا وقعُوا منها على شيء وهو ما بين السّكون ومرْهبة وبني سُليْمٍ وكان مغيضًا للفُرات أزمان الأكاسرة يصبّ في الجوْف ☆ وقال الأعْورُ العبْديّ الشّنّيّ

هاجتْ لأعْور دار الحيّ أحْزانا ... واستبْدلتْ بعْد عبْد القيْس حسّانا
وقدْ أرانا بها والشمْل مُجْتمعٌ ... اذ بالنخيلة قتْلى جُنْد مهْرانا
أزْمان سار المُثنّى بالخُيول لهمْ ... فقتّل الزّحْف منْ فرْس وجيلانا
سما لمهْران والجيْش الذي معه ... حتى أبادهُمْ مثْنى ووحْدانا

Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede, ac Talcha, Siyâdoque ea compererat. Qui dixerunt: El mothanna, atque Isma, ac Dscheirr, illo tempore, quo proelium Bowaibense factum est, inopinato in pontum Mihrâni inciderunt, in quo oves, ac farina, bovesque aderant. Quem victum ad uxores eorum militum, qui ex El medina eo accesserant, apud El Kawâdis relictas, atque ad uxores eorum militum, qui prioribus proeliis interfuerant, El hîrae commorantes, transmiserunt. Iis vero, qui ad uxores apud El kawâdis relictas portionem ipsis tributam adportarunt, viae dux fuit Amr ben abd el messich ben bakîla. Qui quum ad illas accederent, mulieres, equitibus conspectis, conclamarunt, hostes incursantes enim eos esse putabant. Atque lapidibus, saxisque, iactis pro prole coeperunt propugnare. Tum Amr: „hoc sane decet, inquit, huius exercitus mulieres!" Illi vero de victoria reportata mulieres certiores fecerunt, atque dixerunt: „hae quidem primitiae sunt." Equitibus, qui penum illum ad mulieres adportarunt, praeerat Ennossair, qui cum equitatu suo, ut eas defenderet, ibi substitit. Amr ben abd el messich vero ad uxores El hîrae commorantes reversus est. Illo die El mothanna: „ubinam is est, inquit, qui hostes persequutus, donec ad Essîbum pervenerit?" Tum Dscheirr ben abd alla apud suos concionem habens: „o coetus Bedschilitarum! inquit, vos, ceterique omnes, qui hodie huic proelio interfuerunt, pares vos exhibuistis alacritate, virtute, fortitudineque. Sed nemo tamen, praeter manubias, ex quinta praedarum parte id accipit, quod vobis ex ea tributum est, nam quadrans quintae partis vobis obtingit, tanquam manubiae a principe fidelium concessae. Itaque nemo promtior quam vos in hostes irruat, neque fortius eos premat! Excitavit ille ad ea, quae homines sperant, nam non exspectant, nisi alteram sortem, martyrium ac paradisum." Improbavit El mothanna consilium eorum, qui mortem oppetere volebant, quoniam ex proelio ad pontem aufugerant. Deinde ille: „ubinam, inquit, iam sunt is, qui heri morti se devovebat, eiusque socii? Nunc promti illos homines ad Essîbum usque prosequimini, usque ita insistite, ut eos deleatis! Hoc enim vobis proderit, praemiumque maius in vos conferet. Veniam a Deo petite, Deus enim est indulgens ac misericors."

Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Hamsa ben ali ben muchfar ea compererat, cui ea tradiderat homo quidam ortus tribu Bekr ben wâjel, qui dixit: primi omnium, illi dicto El mothannae parentes, hostem vestigiis sequuti sunt homo ille, qui morti se devoverat, eiusque socii. Primus homo ille ex ordine Moslemorum in hostem se proruere voluerit, iamque prosiliens ex acie procurrerat. Quibus militibus pontem parari iussit El mothanna, deinde in vestigia fugientium eos emisit. Itaque Persas persequuti sunt Bedschilitae, equitesque Moslemi, ex omni equitatu accurrentes, qui, hosti insistentes, processerunt, donec ad Essîbum pervenerunt. Neque ullus eorum, qui a ponte aufuge-

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن محمّد وطلحة وزياد قالوا وقد كان المثنّى وعصمة وجرير أصابوا في أيّام البويب على الظهر نُزُلَ مهرانَ غنمًا ودقيقًا وبقرًا فبعثوا بها الى عيالات من قدم من المدينة وقد خلّفوهنّ بالقوادس والى عيالات أهل الأيّام قبلهم وهم بالحيرة وكان دليلَ الذين ذهبوا بنصيب العيالات الذين بالقوادس عمرو بن عبد المسيح بن بقيلة فلما رفعوا للنسوة فرأين الخيلَ تصايحن وحسبنها غارةً فقمن دون الصبيان بالحجارة والعمد فقال عمرو هكذا ينبغي لنساء هذا الجيش وبشّروهنّ بالفتح وقالوا هذا أوّله وعلى الخيل التي أتتهم بالنُّزُل النُّسَيْر وأقام في خيله حامية لهم ورجع عمرو بن عبد المسيح الى العيالات بالحيرة ☆ وقال المثنّى يومئذ أين من يتبع الناس حتى ينتهي الى السيب فقام جرير بن عبد الله في قومه فقال يا معشر بجيلة إنّكم وجميع من شهد هذا اليوم في السابقة والفضيلة والبلاء سواء وليس لأحد منهم في هذا الخُمُس غدا من النفل مثل الذي لكم منه ولكم ربع خمسه نفلا من أمير المؤمنين فلا يكوننّ أحدٌ أسرع الى هذا العدوّ ولا أشدّ عليه منكم للذي لكم منه ونيّة الى ما ترجون فإنّما تنتظرون إحدى الحسنيين الشهادة والجنّة وقال المثنّى على الذين أرادوا أن يستقلّوا من هزيمة يوم الجسر ثم قال أين المستبسل بالأمس وأصحابه انتدبوا في آثار هؤلاء القوم على السيب وأبلغوا من عدوّكم ما تغيظونه به فهو خير لكم وأعظم أجرا واستغفروا الله إنّ الله غفورٌ رحيمٌ

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن حمزة بن عليّ بن محفز عن رجل من بكر بن وائل قال وكان أوّل الناس انتدب يومئذ للمثنّى واتّبع آثارهم المستبسل وأصحابه وقد كان أراد الخروج بالأمس الى العدوّ من صفّ المسلمين واستوفز واستقتل فأمر المثنّى أن يعقد لهم الجسر ثم أخرجهم في آثار القوم واتّبعتهم بجيلة وخيول من المسلمين تغذّ من كلّ فارس فانطلقوا في طلبهم حتى بلغوا السيب ولم يبق في العسكر جسريٌّ

propellatis, eo se conferant." Dixitque Ribi, quum res suas El mothannae exponeret: „Tum, quando dimicationem frigescere atque intermitti vidi, militibus dixi: „iam vos tegite scutis; nam illi in eo sunt, ut impetum in vos faciant. Sustinete impetus duos, nam, ubi tertium facient, victores vos extituros esse praedico." Obsequium illi mihi polliciti sunt: Deus est fortitudo mea! Deus est praesidium meum!" Deinde Ebn dsissihmein, res suas exponens, dixit: „ego ad comites meos sic loquutus sum: ex duce nostro, postquam in lectione sua mentionem terroris fecerat, quod non fecit nisi propter virtutem quandam, qua praestat, audivi, quum diceret: „Vexillum vestrum sequimini, peditemque vestrum tueatur eques! Deinde in hostem irruite! Irritum non fiet, quod Deus dixit." Atque impertivit iis Deus quae pollicitus est, factique sunt, quae fore sperabam." Dixitque Arfadscha, res suas exponens: „quum quandam eorum turmam ad Euphratem propelleremus, sperabam fore, ut Deus adorandus demersionem eorum permitteret, atque ita calamitas pontis eos affligeret. Sed quum ad aquas super ripam effusas pervenissent, impetum in nos fecerunt, acriterque cum iis pugnavimus. Tum ex meis quidam: „si vexillum tuum retro referres" inquit mihi. Ego vero: „vexillum ultra proferre, officii mei est." Tum cum vexillo in eorum propugnatores irrui, eosque delevi. Ceteri fugientes ad Euphratem contenderunt, ad quem vero nullus pervenit, in quo vita superesset." Dixitque Ribi ben amer ben châled: apud patrem adfui in proelio Boweibensi. Dixit: proelium Boweibense vocatum est dies decemvirum, quoniam centum viri numerabantur, quorum quisque illo die decem homines in loco pugnae occiderat. Urwa vero, filium dico Seid el chaili, ex iis fuit, qui novem occiderant. Atque Galeb inter Kenânitas ex iis fuit, qui novem occiderant. Inter Esditas Arfadscha ex iis fuit, qui novem occiderant. Deleti sunt polytheistae inter eum locum, quem hoc tempore obtinet Essukûn, ac ripam Euphratis, latusque El boweibi orientale. Quod eo factum est, quod El mothanna, quum fuga fieret, hostes praeveniens ad pontem properavit, eosque ab eo interclusit, quum dextro, tum sinistro latere occupato. Moslemi illos ad noctem usque prosequuti sunt. El mothannam vero poenituit pontem occupasse. Itaque dixit: „peccatum sane, quod ne noceret, a Deo provisum est, admisi, quum illos praeveniens ad pontem properarem, eumque rumperem, eoque hostes in angustias compellerem. Quod iterum non committam. Atque vos quoque, o milites, cavete, ne hoc iterum committatis, neve exemplum vobis ex me sumatis. Nam consilio lapsus sum. In angustias compellere non decet, nisi eum, qui ad repugnandum impotens est." Nonnulli sauciorum perierunt, qui ex clarissimis Moslemorum erant, ut Châled ben hilâl ac Mesud ben haretha. Super quibus El mothanna precatus est, qui fortitudinem eorum laudibus extulit, animumque ad Islamismum Koranumque amplectendum promtum, dixitque: „per Deum, dolorem, qui me tenet, parvi facio! Martyres Boweibenses procubuerunt, Deum celebrantes imperterritique, neque quidquam expaverunt, neque retro cesserunt. Quodsi martyrio expiatio praebetur, condonantur peccata."

أثخنت وقال ربعي وهو يحدّث المثنى لمّا رأيت ركود الحرب واحتدامها قلت تترّسوا بالمجانّ فإنّهم شادّون عليكم فاصبروا لشدّتين وأنا زعيم لكم بالظفر في الثالثة فأجابوني والله قوّتي والله كفالتي ☆ قال ابن ذي السهمين محدّثا قلت لأصحابي إنّي سمعت الأمير يقول وقد ذكر في قراءته الرعب فما ذكره إلّا لفضل عنده اقتدوا برايتكم ولتحم راجلكم فارسكم ثم احملوا فما لقول الله من خلف فأنجز الله لهم وعده وكان كما رجوت ☆ وقال عرفجة محدّثا حزنا كتيبة منهم الى الفرات ورجوت أن يكون الله تعالى قد أذن في غرقهم وسلّى بها مصيبة الجسر فلمّا دخلوا في حدّ الإحراج كرّوا علينا فقاتلناهم قتالا شديدا حتّى قال بعض قومي لو أخّرت رايتك فقلت عليّ إقدامها وحملت بها على حاميتهم فقتلتهم فولّوا نحو الفرات فما بلغه منهم أحد فيه الروح ☆ وقال ربعي بن عامر بن خالد كنت مع أبي يوم البويب قال وسمّي البويب يوم الأعشار أحصي مائة رجل قتل كلّ رجل منهم عشرة في المعركة يومئذ وكان عروة يعني ابن زيد الخيل من اصحاب التسعة وغالب في بني كنانة من اصحاب التسعة وعرفجة في الأزد من اصحاب التسعة وقتل المشركون فيما بين السكون اليوم الى شاطئ الفرات ضفّة البويب الشرقية وذلك أنّ المثنى بادرهم عند الهزيمة الجسر فأخذه عليهم وأخذ يمنة ويسرة وتبعهم المسلمون الى الليل وندم المثنى على أخذه بالجسر وقال لقد عجزت عجزة وقى الله شرّها بمسابقتي إيّاهم الى الجسر فقطعته حتّى أحرجتهم فإنّي غير عائد فلا تعودوا ولا تقتدوا بي أيّها الناس فإنّها منّي زلّة لا ينبغي إحراج أحد إلّا من لا يقوى على امتناع ومات أناس من الجرحى من أعلام المسلمين منهم خالد بن هلال ومسعود بن حارثة فصلّى عليهم المثنى وذكر بأسهم وقدمهم على الإسلام والقرآن وقال والله إنّه ليهون عليّ وجدي إنّ شهداء البويب أقدموا وكبّروا وصبروا ولم يجزعوا ولم ينكلوا وإن كان في الشهادة كفّارة لتجوّز الذنوب

splendentia, quum calvariarum, tum artuum, quae admirationem movebant. Addidit idem tradiditque mihi homo quidam, qui ea viderat, haec ossa centum millium circiter Persarum occisorum esse, coniectavisse homines, neque ea evanuisse, quoad aedium servi ea sepelissent.

Haec ad me scripsit Essarii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede ac Talcha ea compererat. Qui quidem dixerunt: substitit El mothanna propter pulverem exortum, donec consideret pulvis, mediam polytheistarum aciem iam profligaverat, alae mutuo se pellebant. Quum vero mediam aciem ab eo iam pulsam, eiusque milites ab eo profligatos viderent, alae, Moslemorum alas dico, superiores fieri, Persasque retro repellere coeperunt. El mothanna autem, atque Moslemi in media acie constituti, illis adclamarunt, victoriam se reportasse, misitque El mothanna hominem, qui illos excitaret, iisque diceret: „El mothanna haec vobis nuntiat: inimici vestrae apud illos in proverbiis sunt, itaque adiuvate Deum, tum ipse vos adiuvabit!“ Denique illis in fugam coniectis, El mothanna, ut illos anteveniret, ad pontem contendit, eoque ante illos pervenit. Ita quum Persas intercepisset, iis per totum Euphratis littus dispersis, quum ascendentibus, tum descendentibus, equitatus Moslemorum supervenit, eosque ita cecidit, ut non relinquerentur, nisi cadavera, neque ullum inter Arabes Persasque proelium factum est, ex quo diutius quam ex illo ossa manserunt. Agmen Moslemorum vero, quum Mesud ben hâretha, qui ante fugam hostium prostratus est, illo die saucius efferretur, vehementer commotum est, animumque despondit. Quod quum ille observasset, quamvis graviter laborans „o gens Bekri ben wâyel, inquit militibus, extollite vexillum vestrum, ut vos Deus extollat! Cavete, ne mors mea vos terreat!“ Dimicavit illo die Anas ben hilal, quoad saucium eum extulerunt, quem colligendum curavit El mothanna, pariterque atque Mesûdum ad se recepit. Atque dimicavit illo die Kurt ben dschammâch Abdita, quoad hastas plures praefregit, pluresque gladios diffregit. Schehr ibrâsum ipse interfecit, qui ex praesidibus Persarum erat, velitibusque Mihrani praefectus. Addiderunt iidem: peracto proelio, El mothanna, quum negotia confecta essent, apud milites consedit, sermones cum iis conferens. Quotiescunque eo vir accessit, colloquiumque fecit, El mothanna „expone mihi, inquit ei, quae egeris!“ Tum Kurt ben dschammach „hominem obtruncavi, inquit, quem moschi odorem spargere sentiebam, quamobrem „hic Mihrânus est“ dixi, eumque re vera illum esse, speravi, sed Schehr ibrâs ille fuit, magister equitum, tum, quia Mihranus non erat, eum nihili feci.“ El mothanna vero dixit: „Arabes cum Persis bella gesserunt, quum paganitatis, tum islamismi tempore, sed, per Deum, paganitatis tempore centum Persae gravius me premebant, quam hoc tempore mille, nam Deus fortitudinem eorum abstulit, eorumque astutiam debilitavit. Itaque vos non terreat turma, quam cernitis, neque agmen, neque vos terreant arcus sinuati, neque sagittae longae! Nam hi homines, simul ut ab illis armis depelluntur, vel ea perdunt, pecudibus adeo similes fiunt, ut, quocunque eos

من عظامهم وأوصالهم تعتبر بها قال وحدّثني بعض من شهدها أنّهم كانوا يحزرونها بمائة ألف قتيل من العجم وما عُفّي عليها حتى دفنتها أدفان البيوت

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة قالا وقف المثنى عند ارتفاع الغبار حتى أسفر الغبار وقد فني قلب المشركين والمجنّبات قد هزّ بعضها بعضا فلما رأوه قد أزال القلب وأفنى أهله وثبت المجنّبات مجنّبات المسلمين على المشركين وجعلوا يردّون الأعاجم أدبارهم وجعل المثنى والمسلمون في القلب يدعون لهم بالنصر ويرسل عليهم من يذمّرهم ويقول لهم إنّ المثنّى يقول لكم عاداتكم في أمثالهم انصروا الله ينصركم حتى هزموا فسابقهم المثنى إلى الجسر فسبقهم وأخذ الأعاجم فافترقوا بشاطئ الفرات مصعدين ومصوّبين واعتورتهم خيول المسلمين حتى قتلوهم ثم جعلوهم جثا فما كانت بين العرب والعجم وقعة كانت أبقى رمّة منها فخرج حين المسلمين لما أُرثّ مسعود بن حارثة يومئذ وكان صُرع قبل الهزيمة فتضعضع من رأى ذلك وهو دنف فقال يا معشر بكر بن وائل ارفعوا رايتكم رفعكم الله لا يهولنّكم مصرعي وقاتل أنس بن هلال يومئذ حتى أُرثّ وأرتثه المثنى وضمّه وضمّ مسعودا إليه وقاتل قُرط بن جمّاح العبديّ يومئذ حتى دقّ قنا وقطع أسيافا وقتل شهربراز من دهاقين فارس وصاحب مجرّدة مهران ☆ قالوا ولما فرغ جلس المثنى للناس من بعد الفراغ يحدّثهم ويحدّثونه وكلّما جاء رجل فتحدّث قال له أخبرني عنك فقال له قرط بن جمّاح قتلت رجلا فوجدت منه رائحة المسك فقلت هذا مهران ورجوت أن يكون إيّاه فإذا هو صاحب الخيل شهربراز فوالله ما رأيته إذ لم يكن مهران شيئا فقال المثنى قد قاتلت العرب والعجم في الجاهلية والإسلام والله لمائة من العجم في الجاهلية كانوا أشدّ عليّ من ألف من العجم اليوم إنّ الله أذهب مصدوقتهم ووهّن كيدهم فلا يروعنّكم زهاء ترونه ولا سواد ولا قسيّ فُجّ ولا نبال طوال فإنّهم إذا أُعجلوا عنها أو فقدوها كالبهائم أينما وجّهتموها

iniungatis!" Tum milites „bene dicis" exclamarunt, ordinesque restituerunt. Antea propter ea, quae milites facere cerneret, barbam stringere eum viderant, iam vero, quum ordines accuratius quam illo die ceteri Moslemi omnes instruxissent, illum intuiti sunt, eumque prae laetitia subridere viderunt. Milites inter Adschal et quae retro sita sunt collocati erant. Proelium quum diu duraret, atque acrius fieret, El mothanna ad Anassum ben hilâl accessit, eique „o Anas, inquit, homo Arabs es, quamvis a religione nostra alienus, itaque, simul ut in Mihrânum irruere me videris, mecum irrue!" Eadem ad Ebn dsissahimem clamavit, qui obsequium pollicitus est. Itaque El mothanna in Mihrânum impetum fecit, eumque adeo pepulit, ut in ipsius dextram penetraret. Tum illis se immiscuerunt, mediaeque quoque acies manus conseruerunt, pulvisque ad coelum ferebatur. Alae ita caedebantur, ut neque polytheistae agminis duci auxilio venire possent, neque Moslemi. Exanimatos paene illo die ex proelio asportarunt Mesudum, ducesque Moslemorum alios. Dixerat ille militibus „si ferri nos videtis, tamen a negotio vestro, cavete, ne desistatis, alter enim exercitus cedet, atque deinde abibit, satis facite iis, qui prope vos sunt!" Mox media Moslemorum acies mediam polytheistarum aciem vehementer pressit, iuvenisque quidam Taglebita christianus obtruncavit Mihrânum, atque in eius equum insiluit. Sed El mothanna spolia Mihrani praefecto illius turmae adsignavit. Habebant enim hoc moris, ut, quotiescunque homo polytheista ex equitatu alicuius viri esset, spoliumque hostis occisi referret, toties hoc spolium ei tribueretur, quem occisor ducem haberet. Taglebitis vero illis duces duo erant, Dscherir atque Ebn El hauba, qui spolia inter se partiti sunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea comperierat ex Obeid alla ben mochfar ben thaalaba. Qui dixit iuvenes quidam Taglebitae eo equos venum adduxerant. Qui, quum acies ad El boweibum pugnam consererent „haudquaquam, inquiunt, Arabibus bellum inferemus, Persis adiuncti!" Quorum unus illo die Mihrânum occidit, qui equum sibi straverat rufum, cataphracta flava tectum, inter cuius oculos lunula fulgebat, cuiusque cauda lunulis decorata erat. Tum ille in Mihrâni equum insiluit, eoque vectus, exclamavit „ego iuvenis Taglebita sum! ego praesidem illum interfeci!" Quibus auditis, Dscherir atque Ebn el hauba cum militibus suis ad eum accesserunt, pedeque eius prehenso, eum equo detraxerunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Saido ben el merzubân ea comperierat. Dscherir atque El mondsir, quum uterque spolium sibi vindicaret, de armis illis litigantes El mothannam arbitrum statuerunt. Qui arma Mihrâni inter eos partitus est, ac cingulum, armillaque. Deinde mediam polytheistarum aciem profligarunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abu rauk ea comperierat. Qui dixit per Deum, quum in eo essemus, ut ad El boweibum accederemus, inter locum Essulum ac Nahr beni solaim ossa candida conspeximus,

إنّ ٱلأَمِيرَ يَقْرَأُ عليكم ٱلسَّلَامَ ويقول لا تَفْضَحُوا المسلمين اليوم فقالوا نَعَمْ وَٱعْتَدَلُوا
وَجَعَلُوا مثل ذلك يَرَوْنَهُ وهو يَمُدُّ لِحْيَتَهُ لِمَا يَرَى منهم فَأَعْتَبُوا بِأَمْرٍ لم يَجِئْ به
أَحَدٌ من المسلمين يومئذ فَرَمَقُوهُ فَرَأَوْهُ يَضْحَكُ فَرَحًا والقوم من عِجْلٍ وما وَرَآءَهَا
فلما طال القتال وَٱشْتَدَّ عَمَدَ المثنّى الى أَنَسِ بْنِ هِلَالٍ فقال يا أَنَسُ إِنَّكَ ٱمْرُؤٌ عَرَبِيٌّ
وَإِنْ لَمْ تَكُ على دِينِنَا فإذا رَأَيْتَنِي قد حَمَلْتُ على مِهْرَانَ فَٱحْمِلْ مَعِي وقال لِٱبْنِ
ذِي ٱلسَّهْمَيْنِ مثل ذلك فأجابه فَحَمَلَ المثنّى على مِهْرَانَ فَأَزَالَهُ حتى دخل في مَيْمَنَتِهِ
ثم خَالَطُوهُمْ فَٱجْتَمَعَ ٱلْقَلْبَانِ وارتفع الغبار والمُجَنِّبَاتُ تَقْتَتِلُ لا يستطيعون
أَنْ يَفْرُغُوا لِنَصْرِ أَمِيرِهِمْ لا المشركون ولا المسلمون وَٱرْتُثَّ مَسْعُودٌ يَوْمَئِذٍ
وَقُوَّادٌ مِنْ قُوَّادِ المسلمين وقد كان قال لهم إِذَا رَأَيْتُمُونَا أُصِبْنَا فلا تَدَعُوا ما انتم
فيه فَإِنَّ ٱلْجَيْشَ يَنْكَشِفُ ثم يَنْصَرِفُ وَأَغْنُوا غَنَآءَ مَنْ يَلِيكُمْ وَأَوْجَعَ
قَلْبُ المسلمين في قَلْبِ المشركين وَقَتَلَ غُلَامٌ مِنَ ٱلتَّغْلِبِيِّينَ نَصْرَانِيٌّ مِهْرَانَ فَٱسْتَوَى
على فَرَسِهِ فَجَعَلَ المثنّى سَلَبَهُ لِصَاحِبِ خَيْلِهِ وكذلك اذا كان ٱلْمُشْرِكُ في خَيْلِ رَجُلٍ
فَقَتَلَ وَسَلَبَ فهو للذي هو أَمِيرٌ على مَنْ قَتَلَهُ وكان لهم قَائِدَانِ أَحَدُهُمَا جَرِيرٌ
وَٱلْآخَرُ ٱبْنُ ٱلْهَوْبَرِ ٭ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عبد
الله بن مُحْصِنِ بن ثَعْلَبَةَ قال جَلَبَتْ فِتْيَةٌ من بَنِي تَغْلِبَ أَفْرَاسًا فلما التقى ٱلزَّحْفَانِ يَوْمَ
ٱلْبُوَيْبِ قالوا لَا نُقَاتِلُ ٱلْعَرَبَ مع ٱلْعَجَمِ فَأَصَابَ أَحَدُهُمْ مِهْرَانَ يومئذ وَنَهَدَ
على فَرَسٍ له وَرْدٍ مُجَفَّفٍ بِتَجْفَافٍ أَصْفَرَ بين عَيْنَيْهِ هِلَالٌ وعلى ذَنَبِهِ أَهِلَّةٌ فَٱسْتَوَى على
فَرَسِهِ ثم ٱنْتَمَى فقال أَنَا ٱلْغُلَامُ ٱلتَّغْلِبِيُّ أَنَا قَتَلْتُ ٱلْمَرْزُبَانَ فَأَتَاهُ جَرِيرٌ وَٱبْنُ
ٱلْهَوْبَرِ في قومهما فَأَخَذَا بِرِجْلِهِ فَأَنْزَلُوهُ ٭ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن
سَيْفٍ عن سَعِيدِ بْنِ ٱلْمَرْزُبَانِ أَنَّ جَرِيرًا وَٱبْنَ ٱلْهَوْبَرِ ٱشْتَرَكَا فيه فَٱخْتَصَمَا في سلاحه
فَتَقَاضَيَا الى المثنّى فَجَعَلَ سِلَاحَهُ بينهما وَٱلْمِنْطَقَةَ والسِّوَارَيْنِ بينهما وَأَفْنَوْا قلب
المشركين ٭ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن أَبِي رَوْقٍ قال وَٱللّٰهِ إِنْ كُنَّا
لَنَأْتِي ٱلْبُوَيْبَ فَنَرَى فيما بين مَوْضِعِ ٱلسُّكُونِ وَبَنِي سُلَيْمٍ عِظَامًا بِيضًا تَلُوحُ

Nammita cum nonnullis Nammitis, homoque alius cum nonnullis Taglebitis christianis, mangonibusque equos venum ducentibus, qui quidem Abd alla ben koleib ben chaled erat Qui homines, quum Arabes contra Persas progredi viderent, dixerunt „cum gente nostra conjuncti dimicemus!“ Mihi in vero Moslemis „aut ad nos tranceritis, inquit, aut ad vos trancierimus“ Responderunt Moslemi „tranceite ad nos!“ Itaque illi ex Buwaib ad Schûmijam tetenderunt, quae locus Dâr crrakl est

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Obeid alla ben muhsin ea compererat, cui a patre tradita fuerant Persae, quum trancendi potestatem iis fecisset, consederunt ad Schûmijam, locum Dâr erriski Quo quum pervenissent, aciem instruxerunt, atque contra Moslemos prodierunt, in ordines tres distributi Singulis ordinibus elephantus unus adiunctus erat, pedites vero ante elephantum suum collocati erant Cum clamore in Moslemos invaserunt Tum El mothanna „quod auditis, inquit Moslemis, turpe est, silentio utimini, atque inter vos colloquimini submissa voce!“ Moslemos illi adgressi sunt, irruentes ab anteriore parte Nahri beni soleim, atque ad locum, quem Nahr beni soleim hoc tempore obtinet, conversi Quum cominus accessissent, impetum fecerunt Acies Moslemorum vero inter eum locum, quem Nahr beni soleim hoc tempore obtinet, et quae post eum sita sunt, instructa erat Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede et Talcha ea compererat Qui quidem dixerunt alis El mothannae praeerant Beschîr ac Bischr ben abi rohm, militibus eius expeditis El moanna, peditibus Mesud, praecursoribus ante hunc diem praefuerat Ennossair, subsidiariis praeerat Medsur Alis Mihrâni praeerant Ebn el asâdsubeh, praeses El hirae, ac Merdânschâh El mothanna, quum prodiisset, per ordines circumivit, mandataque militibus dedit, vectus Esschamûsso, equo suo, qui Esschamus vocabatur propter indolem lenem, docilitatemque Quotiescunque eum conscendebat, dimicaturus erat, nam eo non utebatur, nisi ad proelium, eumque dimittebat quamdiu non pugnabatur Ad singula signa substitit, cohortans milites, praeceptaque sua exponens, easque iis excitans, quae ad eos cohortandos facerent Singulis autem dicebat „spero fore, ut Arabes hoc die a parte vestra non invideantur, neque hoc die aliquid mei causa gratum mihi eveniet, quod non vestrum omnium quoque causa gratum mihi eveniat“ Atque eadem milites ei polliciti sunt Aequum iis se praebuit El mothanna, quum dictis, tum factis, bonaque malaque una cum militibus ita toleravit, ut nemo ullum eius dictum reprehendere posset, neque factum Deinde El mothanna „ter laudem Deo dicam, tum vos accingite, quartaque laude dicta, impetum facite!“ Quum primam laudem dixisset, equitatus eorum, atque dimicatio, paullulum subsedit El mothanna, lacunis in quodam ordine visis, hominem ad eos milites misit, haec nuntiantem „princeps salutem vobis dicit, additque cavete, ne Moslemis hodie ignominiam

وَرَجُلٌ آخَرُ فى اناسٍ من بنى تَغْلِبَ نَصَارَى وَجُلّابٍ جَلَبُوا خيلا وهو عبد الله بن كُلَيْب بن خالد وقالوا حين رَأَوْا نُزُولَ ٱلْعَرَبِ بالنُّخَيْلة نُقَاتِلُ مع قومنا وقال مهران إمّا أَنْ تَعْبُرُوا الينا وَإِمّا أَنْ نَعْبُرَ اليكم فقال المسلمون ٱعْبُرُوا إِلَيْنَا فارتحلوا من بُسُوسَا الى شُومِيَا وهى مَوْضِعُ دَارِ ٱلرِّزْقِ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عُبَيْدِ ٱللّٰهِ بْنِ مُحَفِّزٍ عن ابيه أَنَّ العَجَمَ لما أُذِنَ لهم فى العبور نزلوا شُومِيَا مَوْضِعَ دَارِ ٱلرِّزْقِ فَتَعَبَّوْا لما جَاؤُوا هنالك فَأَقْبَلُوا الى المسلمين فى صُفُوفٍ ثَلَاثَةٍ مع كلّ صَفٍّ فِيلٌ ورَجْلُهُمْ أَمَامَ فيلهم وَجَاؤُوا لهم زَجَلٌ فقال المثنى للمسلمين آلّذى تَسْمَعُونَ فَشَلٌ فَٱلْزَمُوا ٱلصَّمْتَ وَٱئْتَمِرُوا بِسَكَرٍ هَمْسًا فَدَنَوْا من المسلمين وَجَاؤُوهُمْ من قِبَلِ نَهْرِ بَنِى سُلَيْمٍ نَحْوَ مَوْضِعِ نهر بنى سليم ٱلْيَوْمَ فلما دَنَوْا زَحَفُوا وَصَفَّ المسلمون فيما بين نهر بنى سليم ٱلْيَوْمَ وما وراءها ☆ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وطلحة قالا وكان على مُجَنِّبَتَىِ ٱلْمُثَنَّى بَشِيرٌ وبُسْرُ بْنُ أَبِى رُهْمٍ وعلى مُجَرِّدَتِهِ ٱلْمُعَنَّى وعلى ٱلرَّجْلِ مَسْعُودٌ وعلى الطلائع قبل ذلك اليوم ٱلنُّسَيْرُ وعلى ٱلرِّدْءِ مَذْعُورٌ وكان على مُجَنِّبَتَىْ مِهْرَانَ ٱبْنُ ٱلْآزَاذْبَه مَرْزُبَانُ الحِيرَةِ وَمَرْدَانْشَاهْ ولما خرج ٱلْمُثَنَّى طاف فى صُفُوفِهِ يَعْهَدُ اليهم عَهْدَهُ وهو على فَرَسِهِ ٱلشَّمُوسِ وكان يُدْعَى ٱلشَّمُوسَ من لِينِ عَرِيكَتِهِ وَطَهَارَتِهِ فكان اذا رَكِبَهُ قَاتَلَ وكان لا يَرْكَبُهُ إِلّا لِقِتَالٍ وَيَدَعُهُ ما لم يكن قِتَالٌ فَوَقَفَ على ٱلرَّايَاتِ رَايَةً رَايَةً يُحَضِّضُهُمْ وَيَأْمُرُهُمْ بِأَمْرِهِ وَيَهُزُّهُمْ بما فيهم تَحْضِيضًا لهم ولكلّهم يقول إِنِّى لَأَرْجُو أَنْ لا تُؤْتَى ٱلْعَرَبُ من قِبَلِكُمُ ٱلْيَوْمَ والله ما يَسُرُّنِى اليوم لنفسى شىء إِلّا وهو يَسُرُّنِى لِعَامَّتِكُمْ فيجيبونه بمثل ذلك وَأَنْصَفَهُمُ المثنى فى القول والفعل وَخَلَطَ ٱلنَّاسَ فى المكروه والمحبوب فلم يَسْتَطِعْ أَحَدٌ منهم أَنْ يَعِيبَ له قولا ولا عَمَلًا ثم قال إِنِّى مُكَبِّرٌ ثَلَاثًا فَتَهَيَّؤُوا ثم ٱحْمِلُوا مع الرابعة فلما كَبَّرَ أَوَّلَ تَكْبِيرَةٍ رَكَدَتْ خَيْلُهُمْ وَحَرَنَتْهُمْ مَلِيًّا فلما رأى ٱلْمُثَنَّى خَلَلًا فى بَعْضِ صُفُوفِهِ فارسل اليهم رجلا وقال

acclamavit Praefecit Kenanitis Gâlibum ben abd alla, eumque emisit Praefecit Eslitis, qui maximam partem Birekitae erant, Aifadscham ben harthama, quum Aifadscha ad eos redisset Itaque et ille, et hic, sua quisque cum gente, iter fecerunt, donec ad El mothannam pervenerunt

Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede atque Amro ea comperierat, ad praeceptores suos provocantibus Qui quidem dixerunt prodiit Hilal ben ullufa Termita cum Ribâbitis, qui ei se iunxerant, atque Omarum adiit, qui eum illis hominibus praefecit, atque emisit Itaque ad El mothannam perrexit Porro prodiit Ebn el mothanna Dschoschamita, ortus tribu Dschoscham Saad, Omarumque adiit, qui eum emisit, Saaditisque praefecit Itaque ad El mothannam perrexit Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex El modschâled ea comperierat, cui ab Esschobio atque Atijja tradita fuerant, ad praeceptores suos provocantibus Qui dixerunt deinde prodiit Abd alla ben dsis sahmein cum nonnullis hominibus Chathamitis Quem Omarus praefecit, atque ad El mothannam emisit Itaque iter ad eum tetendit, atque ad eum accessit Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Mohammede atque Amro ea comperierat, ad praeceptores suos provocantibus Qui dixerunt advenit etiam Ribi cum nonnullis hominibus Handalitis, quibus Omar eum praefecit, deinde eos emisit Itaque iter ingressus ille, ad El mothannam eos homines deduxit Post eum profectum genti praefuit ipsius filius, Schebeth ben Ribi Porro ad Omarum venerunt nonnulli homines Amritae, quibus praefecit Ribium ben Amer ben châled dsil unk Quem et ipsum ad El mothannam misit Deinde ad Omarum venerunt homines Dabbitae, quos in agmina duo dispertivit, alteri praefecit Abul harrum, alteri El mondsirum ben hassan Porro ad Omarum venit Kurt ben dschamm'ach cum Abdelkaisitis, quem et ipsum emisit Dixerunt illi omnes El firusân ac Rustem communi consilio Mihrânum emittendum esse censuerunt, ut bellum inferret El mothannae, quod ut iis concederetur, a Burana petierunt Quotiescunque autem ab ea aliquid consequi vellent, ad eius aulaeum accedebant, ut cum ea colloquerentur Itaque id eam retulerunt id quod viderant, atque de numero exercitus certiorem eam fecerunt Persae agmina magna non emiserunt, donec Arabes haec quidem res egerunt Itaque Burana, quum de magno exercitus numero illi certiorem eam fecerent „quid est, inquit, cur Persae contra Arabes sic non prodeant, ut superiori tempore prodierunt? Atque quid est causae, cur quales agmina reges superiori tempore emittebant, talia iam non emittatis?‟ Responderunt illi illo tempore hostes verecundiam habebant, iam ipsorum pediculi nos petunt“ Tum regina cognovit, quae illi ad ipsam referrent Itaque Mihran cum exercitu profectus, ad Euphratem consedit, atque El mothanna quoque cum exercitu in ripa amnis ita consederat, ut iam inter utrumque agmen Euphrates interpositus esset Subsidium El mothannae laturi eo advenerunt Anas ben hilâl

فدَعَا لهم عُمَرُ بخير وقال لهم وَأَمَّرَ على بَنِي كِنَانَةَ غَالِبَ بْنَ عبد الله وَسَرَّحَهُ وَأَمَّرَ على ٱلْأَزْدِ عَرْفَجَةَ بْنَ هَرْثَمَةَ وَعَامَّتُهُمْ من بارق بِرُجُوعِ عَرْفَجَةَ اليهم فخَرَجَ هذا فى قومه وهذا فى قومه حتى قَدِمَا على المُثَنَّى

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وعمرو باسنادهما قالا وَخَرَجَ هِلَالُ بْنُ عُلَّفَةَ ٱلتَّيْمِيُّ فيمن اجتمع اليه من ٱلرِّبَابِ حتى أَتَى عُمَرَ فَأَمَّرَهُ عليهم وَسَرَّحَهُ فَقَدِمَ على ٱلْمُثَنَّى وَخَرَجَ ٱبْنُ ٱلْمُثَنَّى الْجُشَمِيُّ جُشَمِ سَعْدٍ حتى قدم عليه فَوَجَّهَهُ وَأَمَّرَهُ على بنى سَعْدٍ فقدم على المثنى ☆ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن ٱلْمُجَالِدِ عن ٱلشَّعْبِيِّ وَعَطِيَّةَ باسنادهما قالا وَجَآءَ عَبْدُ ٱللَّهِ بْنُ ذِى ٱلسَّهْمَيْنِ فى أُنَاسٍ من خَثْعَمٍ فَأَمَّرَهُ عليهم وَوَجَّهَهُ الى ٱلْمُثَنَّى فخَرَجَ نَحْوَهُ حتى قدم عليه ☆ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن محمد وعمرو باسنادهما قالا وَجَاءَ رِبْعِيٌّ فى أُنَاسٍ من بَنِي حَنْظَلَةَ فَأَمَّرَهُ عليهم وَسَرَّحَهُمْ فخرجوا حتى قَدِمَ بهم الى المثنى فَرَأَسَ بَعْدَهُ ٱبْنُهُ شَبَثُ بْنُ رِبْعِيٍّ وَقَدِمَ عليه أُنَاسٌ من بَنِي عَمْرٍو فَأَمَّرَ عليهم رِبْعِيَّ بْنَ عَامِرِ بن خالد ذِى ٱلْعُنُقِ وَأَلْحَقَهُ بالمثنى وَقَدِمَ عليه قوم من بَنِي ضَبَّةَ فجعلهم فِرْقَتَيْنِ فجعل على إِحْدَى الفرقتين أَبَا ٱلْهَرِيسِ وعلى ٱلْأُخْرَى ٱلْمُنْذِرَ بْنَ حَسَّانَ وَقَدِمَ عليه قُرْطُ بْنُ جَمَّاحٍ فى عبد القيس فَوَجَّهَهُ وقالوا جميعا أَجْمَعَ ٱلْفَيْرُزَانُ وَرُسْتَمُ أَنْ يَبْعَثَا مِهْرَانَ لقتال المثنى وَٱسْتَأْذَنُوا بُورَانَ وكانا اذا أَرَادَا شَيْئًا دَنَوَا من حِجَابِهَا حتى يُكَلِّمَاهَا فقالا بالذى رَأَوْا وَأَخْبَرَاهَا بِعَدَدِ الجيش وَكَانَتْ فَارِسُ لا تُكْثِرُ ٱلْبُعُوثَ حتى كَانَ من ٱلْعَرَبِ ما كان فَلَمَّا أَخْبَرَاهَا بكثرة عدد الجيش قالت مَا بَالُ أَهْلِ فَارِسَ لا يخرجون الى ٱلْعَرَبِ كما كانوا يخرجون قَبْلَ ٱلْيَوْمِ وما لَكُمَا لا تَبْعَثَانِ كما كانت الملوك تَبْعَثُ قَبْلَ ٱلْيَوْمِ قالا إِنَّ ٱلْهَيْبَةَ كانت مع عَدُوِّنَا يَوْمَئِذٍ وَإِنَّا فينا اليوم فَمَالَأَتْهُمْ وَعَرَفَتْ ما جَآءُوهَا به فَمَضَى مِهْرَانُ فى جنده حتى نزل من دُونِ ٱلْفُرَاتِ وَٱلْمُثَنَّى وَجُنْدُهُ على شَاطِئِ البحر وَٱلْفُرَاتُ بينهما وَقَدِمَ أَنَسُ بْنُ هِلَالٍ ٱلنَّمَرِيُّ مُمِدًّا لِلْمُثَنَّى فى أُنَاسٍ من ٱلنَّمِرِ

Illi vero „dicimus ea, quae audis.“ Tum Omar nuntium ad Arfadscham misit, eique „illi homines, inquit, a me petunt, ut te ab iis amoveam, teque ex eorum tribu esse negant. Quid ais?“ Respondit Arfadscha „recte dicunt, neque, ut ex iis essem, mihi contigit. Equidem vir Esditâ sum, ortus a Bueklitis, quorum numerus in enumeratione non concluditur, e stirpe nobili, haud mista.“ Atque Omar „o praeclaram gentem Esditarum! Suam partem sibi sumunt ex bonis malisque.“ Addidit Arfadscha „quod vero rem meam adtinet, simultas mala mihi cum illis intercedit, quamvis una domo utamur, sanguinem fecimus, odioque mutuo nos prosequimur. Itaque ab illis recessi, mihi ab iis timens. Inter ipsos eos nobilissimus quidem sum, atque princeps, sed mihi succensent propter quandam rem, quae inter me eorumque duces acta est, invident mihi, meque repellunt.“ Tum Omar „hoc nihil damni tibi adferet, recede ab iis, quoniam te aversantur.“ Itaque Omar in eius locum Dscheirum suffecit, Bedschilitasque huic adsignavit. Deinde Dscheîrio Bedschilitisque significavit, se Arfadscham in Syriam emissurum esse, quae quidem res Dscheirio El irakam reddidit optabiliorem. Itaque Dscheir cum gente sua iter fecit, subsidium laturus El mothannae ben haretha, quoad consedit ad Dsu kâr. Inde procedens ad El lill pervenit, quo quidem tempore El mothanna in Mardsch essibach commorabatur. Tum El mothanna per nuntium Beschiri, qui El hirae erat, certior factus est, Persas emisisse Mihrânum, Dscheîrum vero ex El medina egressum iam El hîram tendere. Itaque El mothanna ad Dscheîrum et Ismam nuntios misit, qui ad festinandum eos excitarent. Omar vero iis interdixerat, ne pontem ullum transirent, neque amnem, nisi post victoriam reportatam. Mox coierunt ad El bowcibum, uterque autem exercitus in ripa El bowcibi orientali consedit. El bowcib aquis Euphratis, quum accrescerent, diminuebat tempore Persarum, atque in El dschaufum effundebatur. Polytheistae ibi locum Dâr erisk occupaverant, Moslemi locum Sukûn.

Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essirri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui a Seifo ea cognoverat, cui ab Atijja atque El modschâled tradita fuerant, ad praeceptores suos provocantibus. Qui dixerunt: accesserunt ad Omarum milites Kenânitarum atque Esditarum, quorum septingenti erant, coniuncti. Quibus Omar , quaenam regio vobis exoptatior?“ Atque illi „Syria, nam ibi maiores nostri vixerunt.“ Omar vero „haec res vobis iam provisa est; in El irakam tendite! mittite domus, quarum potentiam ac robur Deus iam everterit! Suscipite bellum contra gentem gerendum, varia victus copia instructam! Fortasse Deus ex his vobis portionem vestram impertibit, ut vivatis cum ceteris, qui vivunt, hominibus!“ Tum Gâleb ben fulân Leithita, atque Arfadscha Bârekita, suae quisque genti dixerunt, in concionem procedentes „o gens! o gens! obsequimini principi fidelium, eiusque consilio, atque in partem ab eo vobis adsignatam contendite!“ Responderunt milites , tibi obtemperamus, obsequimurque principi fidelium, eiusque consilio ac voluntati.“ Proinde Omar fausta iis apprecatus est, atque

منك وزعموا أنك لست منهم فما عندك فقال صدقوا وما يسرني أني منهم أنا امرؤ من الأزد ثم من بارق في كهف لا يحصى عدده وحسب غير مؤتشب فقال عمر نعم الحي الأزد يأخذون نصيبهم من الخير والشر قال عرفجة إنه كان من شأني أن الشر تفاقم فينا ودارنا واحدة فأصبنا الدماء ووتر بعضنا بعضا فاعتزلتهم لما خفتهم فكنت في هؤلاء أسودهم وأقودهم فحسدوني على لأمر دار بيني وبين دهاقينهم فحسدوني وكفروني فقال لا يضرك اعتزلهم إذ كرهوك واستعمل جريرا مكانه وجمع له بجيلة وأرى جريرا وبجيلة أنه يبعث عرفجة الى الشأم فحبب ذلك الى جرير العراق وخرج جرير في قومه ممدا للمثنى بن حارثة حتى نزل ذا قار ثم ارتفع حتى اذا كان بالجل والمثنى بمرج السباخ أتى المثنى الخبر عن حديث بشير وهو بالحيرة أن الأعاجم قد بعثوا مهران ونهض جرير من المدينة شاخصا نحو الحيرة فأرسل المثنى الى جرير والى عصمة بالحث وقد كان عهد اليهم عمر ألا يعبروا جسرا ولا بحرا إلا بعد ظفر فاجتمعوا بالبويب فاجتمع العسكران على شاطئ البويب الشرقي وكان البويب مغيضا للفرات أيام المدود أزمان فارس تصب في الجوف والمشركون بموضع دار الرزق والمسلمون بموضع السكون

قال أبو جعفر كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن عطية والمجالد باسنادهما قالا وقدم على عمر غزاة بني كنانة والأزد في سبعمائة جميعا فقال أي الوجوه أحب إليكم قالوا الشأم فإن أسلافنا بها فقال ذلك قد كفيتموه العراق العراق دعوا بلدة قد قلل الله شوكتها وعددها واستقبلوا جهاد قوم قد حووا فنون العيش لعل الله أن يورثكم بقسطكم من ذلك فتعيشوا مع من عاش من الناس فقال غالب بن فلان الليثي وعرفجة البارقي كل واحد منهما لقومه وقاما فيهم يا عشيرتاه يا عشيرتاه أجيبوا أمير المؤمنين الى ما يرى وأمضوا له الى ما يكيدكم قالوا إنا قد أطعناك وأجبنا أمير المؤمنين الى ما رأى وأراد

El mothanna vero iterum inquit illi homini „quomodo vocatur locus ille, in quo consederunt Mihrân, eiusque comites atque agmen?“ Respondit ille „Schûmijâ“ Agebantur autem haec mense Ramadâno Tum El mothanna militibus succlamavit „progredimini in hostes!“ certatimque illi progressi sunt Aciem iam instruxerat El mothanna, aliisque praefecerat Medsûrum atque Ennossairum, militibus expeditis Assemum, praecursoribus Ismam Quum uterque exercitus ordines explicasset, El mothanna ad concionandum prodiit, suisque „ieiunium servatis, inquit, quum vero ieiunium vos enervet ac frangat, ad rem accommodatum esse censeo, ut ieiunium solvatis, ciboque sumto ad debellandos hostes vos firmetis“ Atque illi „ita scilicet!“ ieiuniumque solverunt Tum El mothanna hominem ibi conspexit iam prosilientem, atque ex ordine procurrentem, interrogavit igitur „quo intendit ille?“ Responderunt „est ex iis, qui illo die, quo proelium ad pontem editum est, e certamine aufugerunt, iamque mortem oppetere vult“ El mothanna illum hasta tetigit, dixitque „non sit tibi pater! locum tuum tene, atque, si adversarius te petit, fac, ut ille socio tuo carere possit, mortem oppetere noli!“ Cui ille „sane hac re dignus sum,“ itaque substitit, atque in ordine mansit Scripsit ad me Essirri a Schoaibo accepta, cui ab Abu ishâk tradita fuerant, cum illis consentientia

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Atijja ea comperierat, atque ex Sofjâno Achmarita, cui tradita fuerant ab El modschâledo, qui ab Esschobio ea cognoverat Dixit uterque Omar, quum Bedschilitas coegisset „ad me tendite, inquit, iter!“ Itaque ad eum profecti sunt principes Bedschilitarum, ac legati, relicto vulgo Quibus Omar „quaenam regio vobis exoptatior?“ Atque illi „Syria, nam ibi maiores nostri vixerunt“ Omar vero „minime hoc, in El irâkam tendite! Syriae enim bene provisum est“ Neque ab hac re destitit, quamquam illi renitebantur, quoad eam ratam fecit Concessit iis vero quadrantem quintae partis praedarum, quas Deus Moslemis impertiturus esset, ad ultram singulorum portionem praedae adiiciendum Deinde Arfadscham Bedschilitis apud Dschedilitas commorantibus praefecit, Dscherîri vero iis praeerat, qui ex Ameritis aliisque erant Abu bekr illum praefecerat Omanensibus redeuntibus, eumque, quum bellum maritimum gessisset, redire iusserat Omar vero maiori Bedschilitarum parti eum praefecit, iisque dixit „huic homini parete!“ ceterisque dixit „parete Dscherîro!“ Tum Dscherîr „num hoc“ inquit Bedschilitis, ratum habetis“ nam Bedschilitae propter feminam quandam succensebant Arfadschae „posteaquam ille nobis intulit ea quae intulit?“ Convenerunt igitur illi adierunt Omarum, eique dixerunt „amove a nobis Arfadscham!“ Omar vero „a vobis non amovebo eum, qui primus vestrum emigravit, islamismum amplexus, quique inter vos excellit fortitudine ac pietate“ Tum illi „praefice nobis virum nostra tribu ortum, non item extraneum!“ Omar quidem illos Arfadscham a tribu sua exigere putavit Proinde dixit „videte, quid dicatis“

فقال ٱلْمُثَنَّى كذلك للرجل ما تقول لِهَذِهِ ٱلرُّفْعَةِ التى نَزَلْتَهَا مِهْرَانُ واصحابه
وعسكره قال سُوقًا وذلك فى رَمَضَانَ فَنَادَى فى الناس ٱنْهَدُوا لِعَدُوِّكُمْ فَتَنَاهَدُوا
وقد كان المثنى عَنَّى الجَيْشَ فجعل على مُجَنِّبَتَيْهِ مَذْعُورًا وَٱلنُّسَيْرَ وعلى المُجَرَّدَةِ
عَاصِمًا وعلى ٱلطَّلَائِعِ عِصْمَةَ وَٱصْطَفَّ ٱلْفَرِيقَانِ وقام المثنى فيهم خطيبًا فقال إِنَّكُمْ
صُوَّامٌ وَٱلصَّوْمُ مَرِقَّةٌ وَمَضْعَفَةٌ وَإِنِّى أَرَى مِنَ ٱلرَّأْىِ أَنْ تُفْطِرُوا ثم تَقَوَّوْا
بالطعام على قتال عَدُوِّكُمْ قالوا نَعَمْ فَأَفْطَرُوا فَأَبْصَرَ رَجُلًا يَسْتَوْفِزُ
وَيَسْتَنْتِلُ من ٱلصَّفِّ فقال ما بَالُ هذا فقالوا مِمَّنْ فَرَّ من ٱلزَّحْفِ يَوْمَ الجِسْرِ
وهو يريد أَنْ يَسْتَقْتِلَ فَقَرَعَهُ بالرمح وقال لا أَبَا لك ٱلْزَمْ مَوْقِفَكَ فاذا اتاك
قِرْنُكَ فَأَغْنِهِ عن صاحبك ولا تَسْتَقْتِلْ قال إِنِّى بذلك لَجَدِيرٌ فَٱسْتَقَرَّ وَلَزِمَ ٱلصَّفَّ ❊
كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن ابى اسحق ٱلشَّيْبَانِىِّ مِثْلَهُ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن عَطِيَّةَ وعن سُفْيَانَ ٱلْأَحْمَرِىِّ
عن المُجَالِدِ عن ٱلشَّعْبِىِّ قالا قال عُمَرُ حين جَمَعَ بَجِيلَةَ ٱتَّخِذُونَا طريقًا فَخَرَجَ سَرَوَاتُ
بجيلة وَوَفْدُهُمْ نَحْوَهُ وَخَلَّفُوا الجُمْهُورَ فقال أَىُّ ٱلْوُجُوهِ أَحَبُّ اليكم قالوا ٱلشَّأْمُ
فَإِنَّ أَسْلَافَنَا بها فقال بَلِ ٱلْعِرَاقُ فَإِنَّ ٱلشَّأْمَ فى كِفَايَةٍ فلم يَزَلْ بهم وَيَأْبَوْنَ عليه
حتى عَزَمَ على ذلك وجعل لهم رُبْعَ خُمْسِ ما أَفَآءَ الله على المسلمين الى نصيبهم بِٱلْفَىْءِ
فَٱسْتَعْمَلَ عَرْفَجَةَ على من كان مُقِيمًا على جَدِيلَةَ من بَجِيلَةَ وَجَرِيرٌ على من كان من بنى
عامرٍ وغيرهم وقد كان ابو بكر وَلَّاهُ قِتَالَ أَهْلِ عُمَانَ فى نَفَرٍ وَأَقْفَلَهُ حين غَزَا فى
البحر فولّاه عُمَرُ عُظْمَ بَجِيلَةَ وقال ٱسْمَعُوا لهذا وقال للآخَرِينَ ٱسْمَعُوا لِجَرِيرٍ فقال
جرير لبجيلة تُقِرُّونَ بهذا وقد كانت بَجِيلَةُ غَضِبَتْ على عَرْفَجَةَ فى ٱمْرَأَةٍ منهم وَقَدْ
أَدْخَلَ علينا ما أَدْخَلَ فاجتمعوا فَأَتَوْا عُمَرَ فقالوا أَعْفِنَا من عَرْفَجَة فقال لا أُعْفِيكُمْ
مِنْ أَقْدَمِكُمْ هِجْرَةً وَإِسْلَامًا وَأَعْظَمِكُمْ بَلَآءً واحسانًا قالوا ٱسْتَعْمِلْ علينا رَجُلًا مِنَّا
ولا تَسْتَعْمِلْ علينا نَزِيعًا فينا فَظَنَّ عُمَرُ أَنَّهُمْ يَنْفُونَهُ من نَسَبِهِ فقال ٱنْظُرُوا
ما تقولون قالوا نقول ما تَسْمَعُ فَأَرْسَلَ الى عرفجة فقال إِنَّ هَؤُلَآءِ ٱسْتَعْفَوْنِى

nunc hoc, in El irâkam tendite! nam in Syria hostem iam superarunt." Renisus est, quoad Omar ad obsequium eum adegit. Deinde, quum iter ingrederentur, locumque conveniendi Omar iis constituisset, ut iter invitum ei compensaret, eumque sibi placaret, quadrantem quintae partis omnium praedarum, quas in hac expeditione Deus iis impertiturus esset, Dscherîro concessit, militibusque qui ei se iunxerint, quique ex tribubus variis ad eum evocati fuerant. Omar iis „ad me tendite, inquit, iter." Primo itaque El medinam venerunt, deinde in El irâkam perrexerunt, subsidium laturi El mothannae. Porro Omar Ismam ben abd allâ, ex familia Abd el hareth ortum, Dabbitum cum iis, qui ipsum sequebantur, Dabbitis emisit. Ad eos quoque, qui apostatae fuerant, litteras dederat, neque Schaabâno accessit ullus, quin eum ad El mothannam emitteret.

Exponitur de El boweibo. Haec ad me scripsit Esserri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea ex Mohammede, ac Talcha, Sijâdoque comperierat, ad praeceptores suos provocantibus. Qui quidem dixerunt: emissus est El mothanna post proelium ad pontem factum cum subsidiis, quae apud eum aderant, moxque magno numero ad eum accesserunt milites. De qua re certiores facti sunt Rustem atque El firusan, speculatores enim haec referebant, subsidiaque exspectare Moslemos. Quam ob rem illi communi consilio constituerunt, ut Mihrânum Hamadanensem emitterent, donec, quae agenda essent, statuissent. Itaque Mihrân cum equitatu iter ingressus est, duces vero El mothannae El hîram tenebant. Quam rem mox comperit El mothanna, qui in castris ad Mardsch Essibâch inter Kâdessijjam et Chaffanam cum Arabibus, qui subsidio venerant, commorabatur, nuntium enim accepit a Beschiro et Kenâna, Beschir autem tunc El hirae erat. Itaque El mothanna ad Euphratem Badeklensem se recepit, atque ad Dscherîrum, eiusque milites, hunc nuntium misit: „negotium nobis supervenit, cui pares non sumus, nisi vobis ad nos adiunctis, celeriter igitur ad nos accedite! conveniendi locum vobis constituo El boweibum." Nam Dscherîr ipsi subsidio missus erat. Porro ad Ismam, qui et ipse subsidio ei missus erat, eiusque milites eadem scripsit, eademque ad ceteros duces, qui prope ipsum erant, addiditque: „transite per El dschaufum!" Tum hi ad Kadessijjam, atque El dschaufum, eosque, qui cum illo iter faciebant, profecti, ad El mothannam pervenerunt, qui ad El boweibum consederat, locum iam in confinio El kûfae situm. Exercitui, qui ex adverso Mihrâno, eiusque agmini, consedit, praeerat El mothanna. Qui homini cuidam Sewâdensi: „quomodo vocatur, inquit, locus ille, in quo consederunt Mihrân, ipsiusque agmen?" Respondit ille: „Bususja." Tum El mothanna: „iam concidit Mihrân, periitque eius agmen, consedit enim in mansione tinearum." Mansit El mothanna loco suo, quoad Mihrân ad eum scripsit haec: „aut ad nos traiicies, aut ad te traiiciemus." Cui respondit El mothanna: „traiicite!" Itaque Mihrân amnem traiecit, castraque in ripa Euphratis prope illos posuit ad El miltat

قد قووا على عدوّهم فأبى حتى أكرهه فلما خرجوا له وأمرهم بالموعد عوّضه لإكراهه واستصلاحًا له فجعل له ربع خُمس ممّا أفاء الله عليهم فى غزاتهم هذه له ولمن اجتمع اليه ولمن أُخرج له اليه من القبائل وقال اتّخذونا طريقًا فقدموا المدينة ثم فصلوا منها الى العراق مُمِدّين للمثنّى وبعث عصمة بن عبد الله من بنى عبد بن الحارث الضبّىّ فيمن تبعه من بنى ضبّة وقد كان كتب الى اهل الردّة فلم يُواف شعبانَ أحدٌ الا رمى به المثنّى البويبَ ✿ كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وزياد باسنادهم قالوا وبعث المثنّى بعدَ الجسر فيمن يليه من المُمِدّين فتوافوا اليه فى جمع عظيم وبلغ رستمَ والفيرزانَ ذلك وأتتهم العيون به وبما ينتظرون من الأمداد واجتمعا على أن يبعثا مهرانَ الهمَذانىّ حتى يريا من رأيهما فخرج مهرانُ فى الخيول وأمراه بالحيرة وبلغ المثنّى الخبرُ وهو معسكرٌ بمرج السباخ بين القادسيّة وخفّانَ فى الذين أمدّوه من العرب عن خبر بشيرٍ وكنانة وبشيرٌ يومئذ بالحيرة فاستبطن فرات بادقلى وارسل الى جرير ومن معه إنّا جاءنا أمرٌ لم نستطع معه المقام حتى تقدموا علينا فعجّلوا اللحاق بنا وموعدكم البويبُ وكان جريرٌ مُمِدًّا له وكتب الى عصمة ومن معه وكان مُمِدًّا له بمثل ذلك والى كلّ قائد أظلّه بمثل ذلك وقال خذوا على الجوف فسلكوا على القادسيّة والجوف وسلك معه طريقه فانتهوا الى المثنّى وهو على البويب ممّا يلى موضع الكوفة اليوم وعليهم المثنّى وهو بإزاء مهرانَ وعسكره فقال المثنّى لرجلٍ من اهل السواد ما يقال للرُّقعة التى فيها مهرانُ وعسكره قال بَسوسيا فقال أكدى مهرانُ وهلك عسكره نزل منزلًا هو البَسوس وأقام بمكانه حتى كاتبه مهران إمّا أن تعبر الينا وإمّا أن نعبر اليكم فقال المثنّى اعبروا فعبر مهرانُ فنزل على شاطئ الفرات معهم فى الملتاط

Caput vicesimum tertium

Moslemi Persas profligant ad El boweibum

Exponitur de expeditione Ellissensi minori. Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ea compererat ex Mohammede ben noweira, ac Talcha, ac Sijâdo, atque Atija. Qui quidem dixerunt: Prodierunt Dschâbân ac Merdânschâh, quoad virum ingressi sunt, eos discedere videbant, neque compererant, quae Dsul hâdschibo de discordia Persarum relata fuerant. Quum igitur Persae discessissent, Dsul hâdschib vero illos subsequutus esset, atque El mothanna, quae Dschâban ac Merdânschâh fecerant, comperisset, exercitui Assemum ben amr praefecit, ipse vero cum turma equitum profectus est, ducibus illis occursurus. Hi quidem, fugere eum putantes, ad eum accesserunt. Tum El mothanna utrumque cepit. Ellissenses in eorum comites incurrerunt, eosque ad El mothannam adduxerunt captivos, qui propterea illos in clientelam recepit. Deinde duos illos duces produxit, iisque: „vos quidem, inquit, ducem nostrum decepistis, mendaciisque eum fefellistis.“ Itaque utrique, ceterisque captivis, colla secuit, quibus peractis, ad exercitum rediit. Abu mihdschan vero ex Ellîssa aufugit, neque cum El mothanna reversus est. Dscherir ben abdalla atque Handala ben errabi, nonnullique alii, qui Suwae commorabantur, commeatum a Châledo petierant, quo impetrato Abu bekrum adierunt. Cui Dscherir petitionem suam exposuit. Abu bekr vero respondit: „num in hoc rerum nostrarum statu?“ eumque extraxit. Quum vero imperium suscepisset Omar, probationem rei a Dscheriro poposcit, quam attulit. Tum Omar, ut illi adnueret, litteras dedit ad praefectos suos, quicunque iis Arabibus praeerant, inter quos homines degebant, qui tempore paganitatis ab Bedschilitis genus repetierant, idque etiam tempore islamismi sibi vindicabant, rem illam indicens. Itaque eos homines ad Dscherirum evocarunt, certumque conveniendi locum Omar iis ac Dscheriro constituit, inter El nakam atque El medinam situm. Quum igitur Dscherir, quam petierat, Bedschilitarum evocationem obtinuisset, eosque undique collegisset, ipsique ad eum iam emissi essent, ac locum conveniendi inter Mekkam, et El medinam, atque El nâkam situm iis constituisset, septentrionem versus profecti sunt. Tum Omar Dscheriro: „ita proficiscere, inquit, ut ad El mothannam accedas.“ Sed ille: „minime vero, nam in Syriam tendo.“ Atque Omar: „im-

خبر أليس الصغرى ❁ قال أبو جعفر كتب إلى السرى عن شعيب عن سيف عن محمد بن نويرة وطلحة وزياد وعطية قالوا وخرج جابان ومردانشاه حتى اخذ بهما الطريق وهم يرون انهم سيرفضون ولا يشعرون بما جاء ذا الحاجب من الخبر عن فرقة فارس فلما ارفض اهل فارس وخرج ذو الحاجب فى آثارهم وبلغ المثنى ما فعله جابان ومردانشاه استخلف على الناس عاصم بن عمرو وخرج فى جريدة خيل يريدهما وظنا أنه هارب فاعترضاه فأخذهما أسيرين وخرج أهل أليس على أصحابهما فأتوه بهم أسراء وعقد لهم بها ذمة وقدمهما وقال لهما أأنتما غررتما أميرنا وكذبتماه واستفززتماه فضرب أعناقهما وضرب أعناق الأسراء ثم رجع الى عسكره وهرب أبو محجن من أليس ولم يرجع مع المثنى وكان جرير بن عبد الله وحنظلة بن الربيع ونفر استأذنوا خالدا من سوى فأذن لهم فقدموا على ابى بكر فذكر له جرير حاجته فقال أعلى حالنا وأخره بها فلما ولى عمر دعاه بالبينة فأقامها فكتب له عمر الى عماله السعاة فى العرب كلهم ممن كان فيه أحد ينسب الى بجيلة فى الجاهلية وثبت عليه فى الاسلام يعرف ذلك فأخرجوه الى جرير ووعدهم جرير مكانا بين العراق والمدينة ولما أعطى جرير حاجته فى استخراج بجيلة من الناس فجمعهم فأخرجوا له وأمرهم بالموعد ما بين مكة والمدينة والعراق فتتاموا فقال لجرير أخرج حتى تلحق بالمثنى فقال بل الشأم فقال بل العراق فان الشأم

se occultabant, quia cladis acceptae ipsos pudebat. Quod Omar ita graviter tulit, ut misericordia eorum commoveretur. Tradidit Esschobius: dixit Omar „o Deus! quemvis Moslemum excusatum habeo. Nos enim praesidio sumus cuivis Moslemo. Quicunque occurrit hosti, itaque male gerit, ei sumus praesidio. Deus misericordia amplectatur Abu obeidum. Quodsi ad El kathibum recurrisset, ei fuissemus praesidio.“ Nuntium ad Omarum El mothanna misit Abd allam ben seid, qui primus ad Omarum pervenit.

Tradidit nobis Ebn homeid, dixitque: tradidit nobis Salama quae a Mohammed ben ishâk acceperat, consonanter cum illa Seifi narratione res inter Abu obeidum ac Dsul hâdschibum gestas, bellique eorum historiam, exponentia. Haec vero addidit: Dauma, mater El muchtari ben abi obeid, hominem de coelo descendentem, poculumque potu repletum adferentem viderat somnio, exque eo poculo bibentes Abu obeidum, Dschebrum ben abi obeid nonnullosque alios propinquos. Addiditque ille porro: Abu obeid, quum quae elephantus perpetraret cerneret: „cuinam huius bestiae parti, inquit, vulnus letale infligitur?“ Responderunt: „abscisso labio.“ Itaque ille, in elephantum irruens, labium eius percussit, atque abscidit. Tum in genua procumbens elephantus illum obruit, necavitque. Addiditque ille porro: Persis retro reversis, El mothanna ben hâretha ad Ellissam consedit, milites vero discesserunt, El medînam petentes. Primus El medinam nuntium attulit Abd alla ben seid ben el hossain Hotamita. Atque tunc de hominibus retulit. Porro haec nobis tradidit Ebn homeid, dixitque: nobis ea tradidit Salama, qui ab Mohammed ben ishâk ea cognoverat, cui Abd alla ben abu bekr ea narraverat, qui ab Amra, filia Abd errachmâni, ea acceperat, cui ab Ascha, uxore prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, tradita fuerant, dixit autem haec. Omarum ben el chattab, quum ad ipsum accederet Abd alla ben seid, audivi succlamantem: „nuntium expone, o Abd alla ben seid!“ Ille vero: „iam tibi adfertur nuntius, o princeps fidelium.“ Quum propius ad eum accessisset, de hominibus retulit, neque unquam hominem, qui rei interfuerat, adcuratius quem illum de ea referentem audivi. Deinde quum milites profugi eo accederent, atque Omar Moslemos, tum Mohadscheros, tum Anssâros, propter fugam factam summo moerore adfectos videret: „nolite moerere, inquit, o Moslemorum coetus! Ad me quidem vos recepistis.“ Haec nobis tradidit Ebn homeid, dixitque: nobis ea tradidit Salama, qui ex Ebn ishâk ea comperserat, cui a Mohammede ben abd errachmân tradita fuerant, qui ab El hossain, aliisque, haec acceperat. Moâds, lector, ortus tribu Naddscharitarum, ex iis fuit, qui apud nos aderant, fugamque ceperunt illo die. Propterea, quoties hunc versiculum recitabat: „quicunque illo die tergum iis obvertit, nisi forte ad proelium recurrit, sive ad praesidium se recipit, is sane iram Dei sibi contrahit, domumque accipit gehennam, permalam sane mansionem“ toties lacrimavit. Omar vero: „noli lacrimare, ei inquit, o Moâds! Equidem sum praesidium tuum, itaque ad me te recepisti.“

وَٱشْتَدَّ على عُمَرَ ذلك وَرَحِمَهُمْ وقال ٱلشَّعْبِيُّ قال عُمَرُ ٱللهُمَّ كُلُّ مُسْلِمٍ فى حِلٍّ مِنِّي انا
فِئَةُ كُلِّ مُسْلِمٍ مَنْ لَقِيَ ٱلْعَدُوَّ فَفظِعَ بِشَيْءٍ من أَمْرِهِ فَانَا لَهُ فِئَةٌ يَرْحَمُ ٱللّٰهُ
ابا عُبَيْدٍ لو كان ٱنْحَازَ الى ٱلْكَثِيبِ لَكُنَّا له فِئَةً وَبعث ٱلْمُثَنَّى بالخبر الى عُمَرَ مع
عبد الله بن زيد وكان أَوَّلَ مَنْ قَدِمَ على عُمَرَ

حَدَّثنا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حَدَّثنا سَلَمَةُ عن مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ بِنَحْوِ خَبَرِ سَيْفٍ هذا
فى أَمْرِ ابى عبيد وذى الحاجب وَقِصَّةِ حَرْبِهِمَا إِلَّا أَنَّهُ قال وقد كَانَتْ رَأَتْ دَوْمَةُ أُمُّ
المُخْتَارِ بْنِ أَبِي عُبَيْدٍ أَنَّ رَجُلًا نَزَلَ من السماء مَعَهُ إِنَآءٌ فيه شراب من الجنّة فيما
يَرَى النائم فَشَرِبَ منه ابو عبيد وَجَبْرُ بن ابى عبيد وَأُنَاسٌ من أَهْلِهِ ☆ وَقَالَ ايضا
فلما رَأَى ابو عبيد ما يَصْنَعُ الفيل قال ما لِهٰذِهِ ٱلدَّابَّةِ مِنْ مَقْتَلٍ قالوا اذا قُطِعَ مِشْفَرُهَا
فَشَدَّ على الفيل فَضَرَبَ مِشْفَرَهَا فَقَطَعَهُ وَبَرَكَ عليه الفيل فَقَتَلَهُ ☆ وَقَالَ أَيْضًا فَرَجَعَتِ
ٱلْفُرْسُ وَنَزَلَ ٱلْمُثَنَّى بْنُ حَارِثَةَ ٱلْيُسَّ وَتَفَرَّقَ الناس فَلَحِقُوا بالمدينة فكان اول مَنْ
قَدِمَ المدينة بِخَبَرٍ عَبْدُ الله بن زيد بن الحُصَيْنِ الخَطْمِيُّ فَأَخْبَرَ عمر ذلك بِخَبَرِ ٱلنَّاسِ ☆
وَحَدَّثنا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حَدَّثنا سَلَمَةُ عن مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ عن عبد الله بن ابى بكر عن
عَمْرَةَ ٱبْنَةِ عبد الرحمن عن عَائِشَةَ زَوْجِ ٱلنَّبِيِّ صلّى الله عليه وسلّم قال سَمِعْتُ عُمَرَ بْنَ
الخَطَّابِ حين قَدِمَ عبد الله بن زيد فنادى الخَبَرُ يا عبد الله بن زيد فقال أَتَاكَ الخَبَرُ يا
امير المؤمنين فلما ٱنْتَهَى اليه أَخْبَرَهُ خَبَرَ ٱلنَّاسِ فما سَمِعْتُ بِرَجُلٍ حَضَرَ أَمْرًا فَحَدَّثَ
عنه كان أَثْبَتَ منه خَبَرًا فلما قَدِمَ فَلُّ ٱلنَّاسِ وَرَأَى عُمَرُ جَزَعَ المسلمين من المهاجرين
والانصار من ٱلْفِرَارِ قال لا تَجْزَعُوا يا معشر المسلمين إِنَّمَا ٱنْحَزْتُمْ إِلَيَّ ☆ حَدَّثنا ٱبْنُ
حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ٱبْنِ إِسْحٰقَ عن محمد بن عبد الرحمن عن الحصين وَغَيْرِهِ أَنَّ
مُعَاذًا ٱلْقَارِيَّ أَخَا بَنِي ٱلنَّجَّارِ كان مِمَّنْ شَهِدَهَا فَفَرَّ يَوْمَئِذٍ فكان اذا قَرَأَ
هذه ٱلْآيَةَ وَمَنْ يُوَلِّهِمْ يَوْمَئِذٍ دُبُرَهُ إِلَّا مُتَحَرِّفًا لِقِتَالٍ او مُتَحَيِّزًا الى فِئَةٍ فقد بَآءَ
بِغَضَبٍ من الله وَمَأْوَاهُ جَهَنَّمُ وَبِئْسَ ٱلْمَصِيرُ بَكَى فيقول له عُمَرُ لا تَبْكِ يا مُعَاذُ
أَنَا فِئَتُكَ وَإِنَّمَا ٱنْحَزْتَ إِلَيَّ

stitit. Quem quum elephanto subiectum viderent milites, animum desponderunt, vexillum vero is arripuit, quem Abu obeid, si ipse occideretur, successorem sibi constitueret. Elephantum lacessivit, quoad ab Abu obeido desisteret. Deinde eum ad Moslemos traxit, qui, caventes sibi, eum depulerunt. Tum ibi elephantus manu sua tutudit Abu obeidam, eumque proculcavit, atque in eo constitit. Septem vero Thakifitae deinceps vexillum arripuerunt, dimicaruntque, donec occubuerunt. Denique vexillum arripuit El mothanna, milites vero in fugam se dederunt. Tum *Abd alla ben marthad Thakifita, quum vidisset, quae passi essent Abu obeid, eiusque successores,* quaeque iam facerent milites, ad pontem cucurrit, illos praevertens, eumque rupit, militibusque succlamavit „o milites, moriamini, quemadmodum duces vestri mortui sunt, aut profligate hostem!" Quum polytheistae Moslemos iam ad pontem pellerent, milites nonnulli cupido certatimque in Euphratem se praecipitarunt. Itaque submersi perierunt, qui non resistebant; qui vero resistebant, in eos involarunt hostes. Interim El mothanna cum equitibus nonnullis Moslemis pro militibus propugnabat, usque adclamabat „o homines! vos iam tuemur, itaque sic transite, ut illi vos vereantur, neve pavescatis ipsi, non decedimus, quoad transgressos vos ex hac ripa videamus, igitur in fluctus vos demergere nolite!" In ponte stantem invenerunt Abd allam ben marthad, hominesque a traiciendo prohibentem. Quem quum ad El mothannam adduxissent, plagas ei inflixit, dixitque „quid ad ea, quae fecisti, te impulit?" Respondit „ut dimicarent." Deinde, quum iis, qui iam traiecerant, acclamasset, barbaros nonnullos adduxerunt, navesque eorum ad navem, quam absciderant, alligarunt. Tum omnem traiecerunt milites, extremus ad pontem vero occisus est Selit ben Kais. Transiit etiam El mothanna, ripamque suam tutus est. Exercitus quidem perturbatus erat, sed quum Dsul hâdschib in eos incurreret, eos dispellere tamen non potuit. Simul ut transiit El mothanna, ripamque suam tutus est, Medinenses ab eo discesserunt, remansitque El mothanna cum militibus paucis. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex quodam homine ea cognoverat, cui ea tradiderat Abu othmân Nahditâ. Qui dixit perierunt illo die quattuor millia militum, qui partim caesi erant, partim fluctibus obruti, in fugam se disperserunt duo millia, remanseruntque tria millia. Dsul hâdschib vero, de dissidio Persarum certior factus, cum exercitu retro reversus est, quod, quia ab eo discedebant, fecit. Vulneratus est El mothanna, annulique nonnulli eius loricae, quos hasta disciderat, ei in corpus infixi sunt. Scripsitque ad me Essurri a Schoaibo accepta, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Modschâled atque Atijja ea cognoverat, cum illis fere consonantia.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Modschaledo, atque Atijja, atque Ennadro, ea cognoverat. Medinenses, quum El medî*nam pervenissent,* hominesque ex viatoribus illam rem iam comperirent, e conspectu hominum

فقتلته وقطع الذى عليه وفعل القوم مثل ذلك فما تركوا فيلا الّا حطّوا اهلَهُ وقتلوا اصحابه فاهوى الفيلُ لابى عُبيد فنفحه مشفرهُ بالسيف فاتّقاه الفيلُ بيده فوقع فخبطه الفيل وقام عليه فلما بصر به الناس تحت الفيل خشعت انفسهم وأخذ اللواء الذى كان أمّرهُ بعده فقاتل الفيل حتى تنحّى عن ابى عبيد فاجترّه الى المسلمين فأحرزوا وتسلّوه وتجرّم ثمّ الفيل بيده ذات ابى عبيد وخبطه الفيل وقام عليه وتتابع سبعة من ثقيف كلّهم يأخذ اللواء ويقاتل حتى يموت ثمّ أخذ اللواء المثنّى وهرب الناس فلما رأى عبد الله بن مرثد الثقفى ما لقى ابو عبيد وخلفاؤه وما يصنع الناس بادرهم الجسر فقطعه وقال ايّها الناس موتوا على ما مات عليه أمراؤكم او تظفروا وحاز المشركون المسلمين الى الجسر وخشع ناس فتواثبوا فى الفرات فغرق من لم يصبر وأسرعوا فيمن صبر وحمى المثنّى وفرسان من المسلمين الناس ونادى يا ايّها الناس انّا دونكم فاعبروا على هينتكم ولا تدهشوا فانّا لن نزايل حتى نراكم من ذلك الجانب ولا تغرّقوا انفسكم فوجدوا الجسر وعبد الله بن مرثد قائم عليه يمنع الناس من العبور فأتوا به المثنّى فضربه وقال ما حملك على الذى صنعت قال ليقاتلوا ونادى من عبر فجاءوا بعلوج فضمّوا الى السفينة التى قطعوا سفائنها وعبر الناس وكان آخر من قُتل عند الجسر سليط بن قيس وعبر المثنّى وحمى جانبه فاضطرب عسكره ورامهم ذو الحاجب فلم يقدر عليهم فلما عبر المثنّى وحمى جانبه ارفضّ عنه اهل المدينة وبقى المثنّى فى قلّة ❊

كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن رجل عن ابى عثمن النهدىّ قال هلك يومئذ اربعة آلاف وهرب ألفان وبقى ثلثة آلاف وأتى ذا الحاجب الخبرُ باختلاف فارس فرجع بجنده وكان ذلك لارفضاضهم عنه وجرح المثنى وأثبت فيه حلق من درعه هتكهنّ الرمح ❊

كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن مجالد وعطيّة بحنوا منه

كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن مجالد وعطيّة والنضر أنّ اهل المدينة لما لحقوا بالمدينة وأخبروا عمن سار فى البلاد استحيوا من الهزيمة

tantam in nos effundunt, quantam ex iis nullus alius nobis obiecit. Castra in loco posuerunt, qui spatium ad excurrendum nobis non praebet, neque refugium, neque occasionem a fuga ad impetum redeundi." Abu obeid vero: „tibi non obtemperabo, per Deum, timidus es." Internuntius inter Dsul hadschibum atque Abu obeidum fuit Merdanschah eunuchus. Qui quum Persas iam Arabes deridere diceret, Abu obeid, etiam gravius commotus, consilium amicorum prorsus repudiavit, Selitumque timidum esse clamavit. Tum Selit: „animosior sum, per Deum, quam tu! Sed quod consilium attinet, illi te sapientiores se praestant. Sed ipse cognosces."

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Ennadr ben essurii ea cognoverat, cui ab El nass Idschliti tradita fuerant. Qui dixit: accessit eo Dsul hadschib, quoad in ripa Euphratis ad Koss ennatek substitit, Abu obeid vero item in ripa Euphratis ad El marwacham castra posuerat. Tum ille Moslemis: „aut ad nos traiicietis, aut ad vos traiiciemus." Cui respondit Abu obeid: „minime hoc fiat! nos ad vos traiiciemus." Tum Ebn saluba pontem fecit, utrique exercitui patentem. Ante has res vero Dumma, Abu obeidi uxor, quum ipsa in El marwacha adesset, somno viderat hominem de coelo descendentem, poculumque adferentem, potu repletum, ex quo biberent Abu obeid, atque Dschebr, nonnullique propinqui. Quod quum illa Abu obeido nuntiasset, ipse: „hoc quidem, si Deo placet, martyrium significat." Quam ob rem Abu obeid militibus haec praecepit: „*si occidar, vobis praesit Dschebr, qui si occidatur, vobis praesit ille qui tum,*" atque ita omnes illos, qui ex poculo illo bibere visi erant, praefectos ex ordine ita constituit, ut in sermone suo progressus est. Porro dixit: „si Abul kâssem occidatur, tum El mothanna vobis praesit." Deinde, cum agmine profectus, ad hostes traiecit. Homines vix capiebat terra illa, moxque milites in aciem descenderunt. Equi Moslemorum vero, quum elephantos conspicerent stragulis opertos, equos cataphractis tectos, equitesque crinibus conspicuos, rem terribilem spectabant, prius non visam. Unde factum est, ut, quum Moslemi in hostem irruere vellent, equi ipsorum non progrederentur. Simul ut vero Persae cum elephantis ac tintinnabulis in Moslemos irruerunt, eorum turmas disiecerunt, neque resistebant equi, nisi consternati. Sagittis Persae lacerabant Moslemos, qui, quamvis dolore cruciabantur, tamen ad hostem pervenire non poterant. Itaque ex equo desiluit Abu obeid, desilueruntque milites, statimque in hostes progressi, cum gladiis in eos invaserunt. Tum elephanti, quotiescunque in cohortem irruerant, toties ab ea repulsi sunt. Atque Abu obeid succlamavit suis: „a lorimum elephantos, discindite ventres eorum, custodesque ipsorum ex iis detrahite!" Ipse elephantum album aggressus, ex eius cingulo se suspendit, eumque vulneravit, hominesque in eo constitutos occidit. Idemque facientes ceteri omnium elephantorum custodes deiecerunt, militesque eorum interfecerunt. Tum vero elephantus ille in Abu obeidum se proiecit, qui eius labium gladio percussit, sed elephantus manu illum abegit. Quum concidisset Abu obeid, elephantus eum proculcavit, atque in eo con-

accesserunt, sed Moslemi, de eorum adventu non securi, animum ad cavendum ita attenderunt, ut Schorachbil et noctu, et interdiu, aciem instructam haberet. Simul ut hostes in Moslemos invaserunt, hi ex inopinato illos adorti sunt, neque eos exspectaverunt. Itaque ad Fachlam proelium, quod acerrima proelia ante illum diem editi aequipararet, illi ediderunt, usque quo ingrueret nox. Tenebris obortis, hostes jam perturbati erant, mox in fugam conversi sunt, consilii expertes. Perierant enim dux eorum, Siklar ben michrak, et qui illi dignitate proximus erat, Nestus. Moslemi, victoria praeclarissima, eaque maxime opportuna, potiti illos persequuti sunt, quos recta via in solo sicco incedere putabant. Sed invenerunt Graecos a consilio destitutos, neque, quo se reciperent, scientes, atque denique fuga ac perturbatione in locum lutosum dejectos. Primum persequentium Moslemorum agmen in illos incidit in luto jam haerentes. Quo loco quum Moslemi in eos invaderent, ipsi, tenebris circumfusi, se non defenderunt, Moslemi vero hastis eos confodiebant. Igitur Graeci ad Fachlam profligati, in locis coenosis vero caesi sunt. Hoc modo octoginta millia illi perierunt, neque sese eripuerunt, nisi profugi dispersi. Quod quidem beneficium Deus Moslemis tribuit quasi aegre ferentibus, nam aegre tulerant inundationes factas. Sed auxilio contra hostes Moslemis illae fuerunt, benignitate Dei eum in finem effectae, ut Moslemi plus subsidii ac fortunae inde acciperent. Praeda, quam Deus dederat, dispertita, Abu obeida cum Chaledo a Fachla ad Himsam tetendit. Qui Somairum ben kaab sibi adjunxerunt, atque etiam Dul Kelâam, ejusque milites, secum abduxerunt; Schorachbilum vero cum ipsius militibus reliquerunt.

Exponitur expeditio Beissânensis. Schorachbil post proelium ad Fachlam editum cum exercitu, atque assumto Amro, contra Beissânenses progressus est, moxque castra apud eos posuit. Abul awar vero, ducesque, quos secum habebat, Tabarijjam circumsedebant. Gentes Jordanenses rumore tum acceperant, quae urbi Damasco acciderant, quaeque Siklaro Graecisque ad Fachlam atque in loco coenoso, evenerant, atque Schorachbilum jam cum Amro ben el âss, el Haretho ben Heschâm, et Soheilo ben amr, ipsarum fines petere, ad Beissanam tendentem. Quam ob rem quocunque loco illi munimentis se cinxerunt. Schorachbil, postquam cum exercitu ad Beissânenses pervenerat, per aliquot tempus obsidio eos pressit. Deinde, quum contra ipsum egressi essent, cum iis conflixit, eosque, qui egressi erant, confecit. Itaque incolae urbis cum Schorachbilo de pace egerunt, quam iisdem eandem, quam Damascenis, concessit.

De Tabarijja. Quae quum ad incolas Tabarijjae perlata essent, cum Abul awaro ea conditione de pace egerunt, ut ipsos ad Schorachbilum transmitteret. Quo facto, iis ac Beissânensibus pacem, quam Damasceni impetraverant, concesserunt. Quae quidem in eam conditionem convenit, ut dimidiam partem mansionum, quum in oppidis, tum in regione illis ad-

على حيرة فأتوهم والمسلمون لا يأمنون مجيئهم فهم على حذر وكان شرحبيل لا يبيت ولا يصبح الّا على تعبئة فلما هجموا على المسلمين غافصوهم فلم يناظروهم واقتتلوا بفحل كأشد قتال اقتتلوه قطّ ليلتهم الى الليل فأظلم الليل عليهم وقد حاروا فانهزموا وهم حيارى وقد أصيب رئيسهم سقلار بن مخراق والذى يليه فيهم نسطوس وظفر المسلمون أحسن ظفر وأهنأه وركبوهم وهم يرون انهم على قصد وجدد فوجدوهم حيارى لا يعرفون مأخذهم فأسلمتهم هزيمتهم وحيرتهم الى الوحل فركبوه ولحق أوائل المسلمين بهم وقد وحلوا فركبوهم وما يمنعون يد لامس فوخزوهم بالرماح فكانت الهزيمة فى فحل وكان مقتلهم فى الرداغ فأصيب الثمانون ألفا لم يفلت منهم الا الشريد وكان الله يصنع للمسلمين وهم كارهون كرهوا البثوق فكانت عونا لهم على عدوهم وأناة من الله ليزدادوا بصيرة وجدّا واقتسموا ما أفاء الله عليهم وانصرف ابو عبيدة بخالد من فحل الى حمص وصرفوا بشير بن كعب معهم ومضوا بذى الكلاع ومن معه وخلفوا شرحبيل ومن معه

ذكر بيسان ☆ ولما فرغ شرحبيل من وقعة فحل نهد فى الناس ومعه عمرو الى اهل بيسان فنزلوا عليهم وابو الأعور والقواد معه على طبرية وقد بلغ افناء أهل الأردن ما لقيت دمشق وما لقى سقلار والروم بفحل وفى الردغة ومسير شرحبيل اليهم ومعه عمرو بن العاص والحرث بن هشام وسهيل بن عمرو يريد بيسان فتحصنوا بكل مكان فسار شرحبيل بالناس الى اهل بيسان فحاصروهم أياما ثم انهم خرجوا عليهم فقاتلوهم وأناموا من خرج اليهم فصالح شرحبيل أهلها بقية ذلك على صلح دمشق

طبرية ☆ وبلغ أهل طبرية الخبر فصالحوا أبا الأعور على أن يبلغهم شرحبيل ففعل فصالحوهم واهل بيسان على صلح دمشق على أن يشاطروا المسلمين المنازل فى المدائن وما احاط بها مما يليها فيدعون لهم نصفها ويجتمعون

Constantinopolim, neque post Jarmukensem pugnam factum esse proelium. Dicit Abu dschafer supra commemoravi quae a Seifo tradita narrantur, qui a magistris suis ea acceperat, id est, proelium Jarmukense anno tertio decimo editum esse, Fachlense vero post Damascum captam, aliusque postea eos, Moslemos dico ac Graecos, decertasse proeliis, quae quidem suis locis infra exponam Porro Abu dschafer addit eodemque anno, id est tertio decimo, Omar ben el chattâb in El irakam emisit Abu obeidum ben mesud Thakifitam, qui, ut El wâkedi fert, eodem anno in proelio cecidit Ebn ishâk vero proelium ad pontem, pontem dico Abu obeidi ben mesûd Thakifitae, anno quarto decimo commissum esse perhibet.

Dicit Abu dschafer iam hoc loco rem ad Fachlam gestam exponam, quoniam in narratione, in qua haec res traditur, quantum sententias diversas, quae de victoriis in Syriam reportatis, aliisque factis eruendis proponuntur, quidem adtinet, diversitas illa ad tempus rei gestae spectans, quam supra commemoravi, ideo cadit, quia facta haec tempore inter se propinqua edita sunt. Quae vero Ebn ishâk de hac re tradit atque enarrat, supra adposui

Expeditio Fachlensis Haec ille mihi tradidit in narratione a Seifo accepta, quam antea prodidi, quamque Seifus ab Abu othmân jesid ben assid Gassanita, atque Abu haretha Ata bita acceperat Qui quidem dixerunt exercitus post Damascum captam Jesidum ben abi sofjan cum equitatu suo in ipsa Damasco constitutum reliquit, atque ad Fachlam tetendit Dux exercitus erat Schorachbil ben hassana, qui primo agmini Châledum praefecit, alis vero Amrum, equitibus Derar ben el aswar praeerat, peditibus Ijâd Ipsum Heraclium, octoginta millia hostium a tergo habitum, aggredi noluerunt, agmen enim ad Fachlam constitutum totius Graeciae robur esse noverant, ad quod ceteri oculos converterent, eoque profligato, Syriam ad pacem recursuram esse Itaque quum ad Abul awarum pervenissent, eum ad Taberijam praemiserunt, quam obsidio cinxit Deinde e terra Jordanensi ad Fachlam accesserunt, Fachlenses vero, quum Abul awar castra ibi posuisset, loco relicto Beissânam se receperant Igitur Schorachbil cum exercitu apud Fachlam consedit, Graeci vero ad Beissânam castra posuerunt unde factum est, ut aquae illae, locique lutosi, inter eos ac Moslemos interpositi essent Moslemi, litteris missis, Omarum de his rebus certiorem fecerunt, ipsi vero eo loco ut subsisterent, neque, quoad responsum ab Omaro relatum esset, ab Fachla discederent, constituerunt In hostes propter locum illum lutosum progredi non poterant, quam ob rem Arabes hanc expeditionem vocabant Fachlam, expeditionem coenosam, ac Beissânam Occupaverunt vero Moslemi agri Jordanensis partem, quae praestantior erat, quam in qua polytheistae consederant, unde fiebat, ut ipsi subsidia continua reciperent, pabulique magnam copiam haberent Tum hostes quibus Sikla ben michrâk praeerat, ex improviso Moslemis supervenire voluerunt, spe ducti, fore, ut hi imprudentes se capi sinerent Itaque hostes

من أنطاكية الى قسطنطينية ولم يكن بعد اليرموك وقعة ☆ قال أبو جعفر وقد مضى ذكرى ما روى عن سيف عمّن روى عنه أنّ وقعة اليرموك كانت في سنة ثلاث عشرة وأنّ فحلا كانت بعد دمشق وأنّ حروبا بعد ذلك كانت بينهم أعنى بين المسلمين والروم سأذكرها في مواضعها ☆ قال أبو جعفر وفي هذه السنة أعنى سنة ثلاث عشرة وجّه عمر بن الخطّاب أبا عبيد بن مسعود الثقفيّ نحو العراق وفيها استشهد في قول الواقديّ وأمّا ابن إسحاق فإنّه قال كان يوم الجسر جسر أبي عبيد بن مسعود الثقفيّ في سنة أربع عشرة

قال أبو جعفر ونذكر الآن أمر فحل إذ كان في الخبر الذي كان فيه من الاختلاف من فتوح جند الشام ومن الأمور التي تشكل وقوع مثل الاختلاف الذي ذكرته في وقته لقرب بعض ذلك من بعض وأمّا ما قال ابن إسحاق من ذلك وقصّ من قصّته بعد تقدّم ذكريه قبل

غزوة فحل ☆ حدّثني في حديث سيف الذي ذكرته عنه آنفا عن أبي عثمان يزيد بن أسيد الغسّانيّ وأبي حارثة العبشميّ قالا خلّف الناس بعد فتح دمشق يزيد بن أبي سفيان في خيله في دمشق وساروا نحو فحل وعلى الناس شرحبيل بن حسنة فبعث خالدا على المقدّمة وعمرا على مجنّبته وعلى الخيل ضرار بن الأزور وعلى الرجل عياض وكرهوا أن يعجلوا لهرقل وخلفهم ثمانون ألفا وعلموا أنّ من بإزاء فحل جنّة الروم وإليهم ينظرون وأنّ الشام بعدهم سلم فلمّا انتهوا الى أبي الأعور قدّموه الى طبريّة فحاصرهم ونزلوا على فحل من الأردنّ وقد كان أهل فحل حين نزل بهم أبو الأعور تركوه وأرزوا الى بيسان فنزل شرحبيل بالناس فحلا والروم ببيسان وبينهم وبين المسلمين تلك المياه والأوحال وكتبوا الى عمر بالخبر وهم يحدّثون أنفسهم بالمقام ولا يريدون أن يريموا فحلا حتى يرجع جواب كتابهم من عند عمر فلا يستطيعون الإقدام على عدوّهم لموضع تلك الأوحال وكانت العرب تسمّى تلك الغزاة فحلا غزاة ذات الردغة وبيسان فأصاب المسلمون من ريف الأردنّ أفضل ممّا فيه المشركون مادّتهم متواصلة وخصبهم رغد فاغترّهم القوم وعلى القوم سقلار بن مخراق ورجوا أن يكونوا

cedentibus, Châled vero partem suam vi occupavit. Mox in media urbe Châled, ceterique duces, concurrerunt, atque ille quidem cum caede ac rapina procedens, hi vero pacifice ingressi, quietemque restituentes. Tum, quum ii quoque, qui in parte a Châledo occupata aderant, ad pacificationem adducti essent, pax composita est. Quae Damascenis ea conditione concessa est, ut ipsi dimidiam pecuniae supellectilisque partem Moslemis cederent, porro in singula capita tributum unius dinari impositum est. Praedas deinde inter se partiti sunt, e quibus, quantum ceterorum ducum milites, tantundem milites Châledi acceperunt. Agris, qui in pace manerent, modius frumenti impositus est, pro singulis modiis, qui seminarentur, dandus. Vectigal quoque mansit, quod regibus, usque, qui cum iis accedere solebant, pendebatur. Praedae participes fuerunt Dsul kelâum, ejusque milites, Abul awarum, ejusque milites, ac Beschîrum, ejusque milites. Omarum per nuntium de victoria parta certiorem fecerunt. Tum ad Abu obeidam hae litterae perlatae sunt, ab Omaro datae: „milites Irâkenses in El irâkam remitte, eosque ad Saadum ben mâlek properare jube!" Itaque ille militibus Irâkensibus Hâschemum ben otba praefecit, primo agmini vero El kakâam ben amr, alis Amrum ben mâlek Sohritam, et Ribium ben âmer, qui post Damascum captam ad Saadum tetenderunt. Igitur Hâschem cum militibus Irâkensibus in El irâkam profectus est, ceteri duces vero ad Fachlam accesserunt. Militum Hâschemi decem circiter millia fuerant, qui quum plures amisissent, numerum eorum expleverunt hominibus nonnullis additis, qui antea ex iis non fuerant, id est Kaiso atque El [illegible]chtaro. Alkama et Mesruk vero ad Iljam versus profecti, in via, quae eo fert, castra posuerunt. Damasci cum Jesido ben abi soffjan duces Jemenensium plures manserunt, ut Amr ben schimr ben gazije, Sahm ben el mossafir ben hasama, ac Moschâfi ben abd alla ben schâfi. Jesid post Damascum captam Dichjam ben chalifa Kelbitam cum nonnullis equitibus in Tadmoram, Abu sâherijjam Koscheiritam vero in El bethnijjam ac Haurânam misit. Qui eadem conditione, quae Damascenis imposita erat, his locis pacem concesserunt, atque terrarum operam dederunt, ut, in quas emissi fuerant, terras subjicerent.

Dixit Mohammed ben [illegible]: expugnata est Damascus anno quinto decimo, mense Redscheb. Atque addit idem, proelium ad Fachlam commissum est ante Damascum captam, nam Damascum se non contulerant, nisi qui ex Fachla aufugerant, quos insequuti Moslemi, illuc tetenderant. Traditque ille, proelium ad Fachlam commissum esse anno tertio decimo, mense Dsul kaada; quod quidem mihi narravit Ibn homeid, qui dixit: mihi hoc narravit Salama, qui id ab illo acceperat. Atque El wâkedi anno quinto decimo Damascum captam esse perhibet, quemadmodum hoc idem tradit Ibn ishâk, Moslemosque per sex menses obsidio eam pressisse. Porro ille proelium ad Jarmukum anno quinto decimo factum esse perhibet, eodemque anno Heraclium post proelium ad Jarmukum commissum, et quidem mense Schaabâno, ex Antiochia reversum esse

قبلهم ودخل خالد ممّا يليه عنوة فالتقى خالد والقوّاد في وسطها هذا استعراضا
وانتهابا وهذا صلحا وتسكينا فأجروا ناحية خالد مجرى الصلح فصار صلحا
وكان صلح دمشق على المقاسمة الدينار والعقار ودينار على كلّ رأس فاقتسموا
الأسلاب فكان أصحاب خالد فيها كأصحاب سائر القوّاد وجرى على الديار من
بقى في الصلح جريب من كلّ جريب أرض ووقف ما كان للملوك ومن صوّب
معهم فيئا وقسموا لذى الكلاع ومن معه ولأبي الأعور ومن معه ولبشير ومن معه
وبعثوا بالبشارة الى عمر وقدم على ابى عبيدة كتاب عمر بأن اصرف جند العراق
الى العراق وأمرهم بالحثّ الى سعد بن مالك فأمّر على جند العراق هاشم بن عتبة
وعلى مقدّمته القعقاع بن عمرو وعلى مجنّبتيه عمرو بن مالك الزهرى وربعى بن
عامر وضربوا بعد دمشق نحو سعد فخرج هاشم نحو العراق في جند العراق
وخرج القوّاد نحو فحل وأصحاب هاشم نحو عشرة آلاف إلّا من أصيب منهم
فأتمّوهم بأناس ممّن لم يكن منهم وهم قيس والأشتر وخرج علقمة ومسروق
الى إيلياء فنزلا على طريقها وبقى بدمشق مع يزيد بن أبي سفيان من قوّاد أهل
اليمن عدّة عمرو بن شمر بن غزيّة وسهم بن المسافر بن هزمة ومشافع ابن عبد
الله بن شافع وبعث يزيد دحية بن خليفة الكلبى في خيل بعد ما فتح دمشق الى
تدمر وأبا الزهراء القشيرى الى البثنيّة وحوران فصالحوهما على صلح دمشق
وولّيا القيام على فتح ما بعثا اليه

وقال محمّد بن إسحق كان فتح دمشق في سنة أربع عشرة في رجب وقال ايضا
كانت وقعة فحل قبل دمشق وإنّما صار الى دمشق رافضة فحل واتّبعهم المسلمون اليها وزعم
أنّ وقعة فحل كانت سنة ثلث عشرة في ذى القعدة منها حدّثنا بذلك ابن حميد قال حدّثنا
سلمة عنه ✩ وأمّا الواقدى فإنّه زعم أنّ فتح دمشق كان سنة أربع عشرة كما قال ابن
إسحق وزعم أنّ حصار المسلمين لها كان ستّة أشهر وزعم أنّ وقعة اليرموك كانت
في سنة خمس عشرة وزعم أنّ هرقل جلا في هذه السنة بعد وقعة اليرموك في شعبان

frigore ingruente, homines decedere solebant. Quum vero astrum occidisset, atque homines obsidentes tamen locum tenerent, spem abjecerunt, atque, quod Damascum se receperint, poenitendum putarunt. Tum vero patricius ille, qui Damascenis praeerat, propter filium sibi natum epulas instruxit, unde factum est, ut milites comissarentur jam, ac compotarent, stationibus relictis. Quod nemo omnium Moslemorum, nisi solus Châled, comperit. Ipse enim neque somnum capiebat, neque alios dormitare sinebat, quo fiebat, ut nihil eorum, quae ad res hostium spectarent, eum laterent. Oculos acutos habebat, animumque intentum ad rem, cui praeerat. Itaque postea quam funes, in speciem scalarum connexos, restesque, paravit, ad vesperum cum nonnullis eorum militum, quos ad eos adduxerat, prodiit. Praeibant ipse Châled atque El kakâa ben amri, et Medsur ben Adi, aliique ejus socii, qui a primo tempore ex ejus familiaribus fuerant. Qui quidem ceteris: „ut primum“ inquiunt, „nos Deum in muro invocantes audietis, ad nos adscendite, atque portam adgredimini!“ Châled vero, ejusque comites, qui praeibant, quum ad portam proximam pervenissent, funes in pinnis jactarunt: in tergo ipsi utres gerebant, quibuscum fossam trajecerant. Simul ac restes duae pinnis haeserunt, El kakaa atque El medsur, iis suspensi, in altum adscenderunt, funesque omnes, restesque, pinnis fixerunt, quanquam locus ille, e quo jam irrumpebant, in toto Damasci circuitu munitissimus omnium erat, atque multa aqua prae ceteris defensus, difficillimusque aditu. Tum, affluentibus Moslemis frequentibus, qui cum Châledo accesserant omnes partim in altum adscenderunt, partim portam adgressi sunt. Quum in murum adscendissent, plurimam eorum partem Châled in urbem descendere jussit, ipseque cum iis descendit, post se vero nonnullos reliquit, qui hunc locum iis, qui adscenderent, tuerentur, Deumque invocare eos jussit. Itaque, qui in summo muro stabant, alta voce Deum invocarunt, quo audito, Moslemi statim portam adgressi sunt, multique eorum etiam ad funes adcurrerunt, iisque adscendere coeperunt. Châled interea ad proximos hostes progressus, eos peremit, deinde, quum ad portam descendisset, janitores obtruncarunt. Jam vero incolae urbis excitabantur, terrore perculsi, stationes eorum occupatae erant, neque ipsi, quid ageretur, sciebant, singulorum vicorum homines hostibus, quos proximos quisque habebat, distinebantur. Tum Châled ben el walid, ejusque comites, pessulos portae obditos gladiis disciderunt, foresque accurrentibus Moslemis aperuerunt, ex urbe obviam illis prodeuntes, milites vero, qui hanc portam, Chaledo vicinam, tuiti erant, interfecti sunt omnes. Hoc modo, quum Châled hostibus sibi proximis supervenisset, eosque vi, sicut vellet, profligasset, Graeci vero, qui effugerent, ad portas, quae ceteris ducibus propinquiores essent, se recepissent, ibique a Moslemis ad certamen provocarentur, ipsi hoc recusarunt, promissa facientes. Neque Moslemi in Graecos impetum fecerunt, quum hi de pace agerent. Itaque consentientes Moslemi pacem propositam admiserunt, quo facto, Graeci illis portas aperuerunt, clamitantes: „intrate jam, nosque ab hominibus, qui per illam portam irruperunt, defendite!“ Igitur suam quaeque Moslemorum cohors portam intravit, hostibus con

أَنَّهَا كَٱلْغَارِيَاتِ قبل ذلك اذا هَجَمَ ٱلْبَرْدُ فَقَلَّ ٱلنَّاسُ فَسَقَطَ ٱلنَّجْمُ والقوم مُقِيمُونَ
فعند ذلك ٱنْقَطَعَ رَجَاؤُهُمْ وَنَدِمُوا على دخول دمشق وَوُلِدَ لِلْبِطْرِيقِ الذى على
اهل دمشق مَوْلُودٌ فَصَنَعَ عليه فَأَكَلَ ٱلْقَوْمُ وَشَرِبُوا وَغَفَلُوا عن مَوَاقِفِهِمْ
ولا يَشْعُرُ بِذَلِكَ أَحَدٌ من المسلمين الّا ما كان من خالدٍ فَإِنَّهُ كان لا يَنَامُ ولا يُنِيمُ
ولا يَخْفَى عليه من امورهم شى عُيُونُهُ ذَاكِيَةٌ وهو مُعْنًى بما يَلِيهِ قد ٱتَّخَذَ حِبَالًا
كَهَيْئَةِ ٱلسَّلَالِيمِ وَأَوْهَاقًا فلما أَمْسَى من ذلك اليوم نَهَدَ ومن معه من جُنْدِهِ
الذين قَدِمَ بهم عليهم وَتَقَدَّمَهُمْ هو والقعقاع بن عمرو وَمَذْعُورُ بْنُ عَدِيٍّ
وَأَمْثَالُهُ من اصحابه فى أَوَّلِ يَوْمِهِ وقالوا اذا سمعتم تَكْبِيرَنَا على ٱلسُّورِ
فَٱرْقَوْا الينا وَٱنْهَدُوا الى الباب فلما ٱنْتَهَى الى الباب الذى يَلِيهِ هو واصحابه
ٱلْمُتَقَدِّمُونَ رَمَوْا بِٱلْحِبَالِ ٱلشُّرَفَ وعلى ظهورهم ٱلْقِرَبُ التى قَطَعُوا بها
خَنْدَقَهُمْ فلما ثَبَتَ لهم وَهَقَانِ تَسَلَّقَ فيهما القعقاع وَمَذْعُورٌ ثم لم يَدَعَا
أُحْبُولَةً الا أَثْبَتَاهَا وَٱلْأَوْهَاقَ بِٱلشُّرَفِ وكان المكان الذى ٱقْتَحَمُوا منه أَحْصَنَ
مَكَانٍ يُحِيطُ بِدِمَشْقَ أَكْثَرَهُ مَاءً وَأَشَدَّهُ مَدْخَلًا وَتَوَافَوْا لذلك فلم يَبْقَ ممن دخل معه
الا رَقِيَ او دَنَا من الباب حتى اذا ٱسْتَوَوْا على ٱلسُّورِ حَدَّرَ عَامَّةَ أَصْحَابِهِ وَٱنْحَدَرَ معهم
وَخَلَّفَ من يَحْمِى ذلك المكان لمن يَرْتَقِى وَأَمَرَهُمْ بالتكبير فَكَبَّرَ الذين على راس ٱلسُّورِ
فَنَهَدَ المسلمون الى الباب ومال الى الحِبَالِ بَشَرٌ كَثِيرٌ فَوَثَبُوا فيها وَٱنْتَهَى خالد الى من يَلِيهِ
فَأَنَامَهُمْ وَٱنْحَدَرَ الى الباب فَقَتَلُوا ٱلْبَوَّابِينَ وَثَارَ اهل المدينة وَفَزِعَ سَائِرُ الناس فَأَخَذُوا
مواقفهم ولا يَدْرُونَ ما ٱلشَّأْنُ وَتَشَاغَلَ أَهْلُ كُلِّ نَاحِيَةٍ بما يَلِيهِمْ وَقَطَعَ خالد بن الوليد
ومن معه أَغْلَاقَ ٱلْبَابِ بالسيوف وَفَتَحُوا للمسلمين وَأَقْبَلُوا عليهم من دَاخِلٍ حتى ما بَقِيَ مِمَّا يَلِي
بَابَ خَالِدٍ مُقَاتِلٌ الّا أُبِيرَ ولما شَدَّ خالد على مَنْ يَلِيهِ وَبَلَغَ منهم الذى أَرَادَ عَنْوَةً وَأَرَزَ
مَنْ أَفْلَتَ الى الابواب التى تَلِي غَيْرَهُ وقد كان المسلمون دَعَوْهُمْ الى ٱلْمُشَاطَرَةِ فَأَبَوْا
وَٱبْتَعَدُوا فَلَمْ تَفْجَأْهُمْ الّا وَهُمْ يَبُوحُونَ لهم بِٱلصُّلْحِ فَأَجَابُوهُمْ وَقَبِلُوا منهم وفتحوا لهم
الابواب وقالوا ٱدْخُلُوا فَٱمْنَعُونَا من اهل ذلك الباب وَدَخَلَ اهل كلّ باب بِصُلْحٍ مِمَّنْ

qui illis opponatur, jugulis eorum instante, itemque Palaestinenses atque Himssenses. Si Deus illam urbem vobis subjecit ante Damascum captam, peropportunum hoc erit. Si vero illius urbis expugnatio lentius procedit quoad Damascus expugnata erit, tum Damasci quidem maneant qui eam teneant, ceteri vero inde abeant, tuque ipse cum ceteris ducibus in Fachlam incurre. Quam si Deus vobis subjecit, inde cum Châledo ad Himssam perge. Schorachbîlum vero, Amrumque, in terra Jordanensi ac Palaestina relinque. Qui singulis provinciis agminibusque praefecti sunt, militibus praesint, donec ex ipsorum praefectura egressi erunt." Itaque Abu obeida ad Fachlam versus emisit duces undecim, Abul awarum Solemitam, Abd errachmânum ben seid ben âmer Harischitam, Amerum ben hathma, Amrum ben koleib Jachsubitam, Omâram ben essaib ben karb, Ssarhum ben oladji ben schamil, Amrum ben fulân, El habibum ben amr, Woleidam ben amer ben chathama, Bischrum ben isma, atque Omâram ben machschi, militum ducem. Singulis varii duces adjuncti erant. Praefecti ex familiaribus prophetae sumti sunt, quoad nullum reperirent, qui hoc officium susciperet. Tum ex Essoffaro profecti, prope Fachlam castra posuerunt. Graeci vero, quum agmina illa in se progredi viderent, ripas aquarum perruperunt, unde solum coenosum factum, ac mox in lutum conversum est. Quod Moslemis multum incommodi attulit, Graeci enim ea re triginta millia equitum a Moslemis intercluserunt. Primi in Syria obsidio pressi sunt Fachlenses, deinde Damasceni. Iterum igitur principes emissi sunt. Abu obeida enim Dsul kelâum emisit, ut inter Damascum et Himssam constitutus praesidio esset, porro Alkamam ben hokeim ac Mesrukum emisit, qui inter Damascum et Palaestinam versabantur, atque principem Jesidum. Qui in iter se dedit, cum Abu obeida ex El mardsch profectus. Accessit eo etiam Châled ben el walid, cujus alis Amr atque Abu obeida praeerant, equitibus praefectus erat Jesid, peditibus Schorachbil. Sic ad Damascum adgressi sunt, quam tenebat Nestâs ben nestâs. Obsidione Damascenos jam cincturi, castra circa urbem posuerunt, unum latus Abu obeida occupavit, alterum Amr, aliud Jesid. Heraclius illo tempore in provincia Himssensi commorabatur, urbs Himssa inter ipsum et Moslemos interposita erat. Obsidione Damascenos acriter presserunt per septuaginta circiter noctes, continuo in urbem irruentes, atque jaculantes, machinisque usi. Graeci vero urbem fortiter tuebantur, suppetias enim adfuturas esse sperabant, quum Heraclius in propinquo esset, a quo subsidium jam petierant. Sed Dsul kelâ inter Moslemos atque Himssam subsistens, unius noctis cursu a Damasco aberat, quasi Himssam petiturus esset. Itaque Heraclii equitatui, qui, Damascenis suppetias laturus, accessit, equites Dsul kelâi multum incommodi intulerunt, illumque a Moslemis propulsarunt. Substiterunt igitur, castris ex illius regione positis, Damasceni vero eadem, qua antea, conditione utebantur. Qui quum, suppetias ad se pervenire non posse, cognovissent, animis ceciderunt, metu perculsi, moxque de salute desperarunt. Moslemi contra majori indies ardore incendebantur. Graeci enim obsidionem ejusdem generis futuram esse putaverant, quales expeditiones fuerant antea susceptae, e quibus

فتحها الله قبل دمشق فذاك الذى نحبّ وإن تأخّر فتحها حتى يفتح الله دمشق
فلينزل بدمشق من يمسك بها ودعوها وانطلق أنت وسائر الأمراء حتى تغيروا
على فحل فإن فتح الله عليكم فانصرف أنت وخالد الى حمص ودع شرحبيل وعمرا
وأخلهما بالأردنّ وفلسطين وأمير كلّ بلد وجند على الناس حتى يخرجوا من إمارته
فسرّح أبو عبيدة الى فحل أحد عشر قوّادا أبا الأعور السلمى وعبد الرحمن بن
زيد بن عامر الحرشىّ وعامر بن حثمة وعمرو بن كليب من يحصب وعمارة بن
الصعق بن كعب وصيفى بن علبة بن شامل وعمرو بن فلان والحبيب بن عمرو ولبيدة بن
عامر بن خثعمة وبشر بن عصمة وعمارة بن مخشى قائد الناس ومع كلّ رجل قوّاد
وكانت الرؤساء تكون من الصحابة حتى لا يجدوا من يحتمل ذلك فساروا من الصفّر
حتى نزلوا قريبا من فحل فلما رأت الروم أنّ الجنود تريدهم بثقوا المياه حول
فحل فأردغت الأرض ثم وحلت واغتمّ المسلمون من ذلك فحبسوا عن المسلمين بها
ثلثين الف فارس وكان أوّل محصور بالشأم أهل فحل ثم اهل دمشق وبعثوا
الأمراء وبعث أبو عبيدة ذا الكلاع حتى كان بين دمشق وحمص ردءا وبعث
علقمة بن حكيم ومسروقا فكانا بين دمشق وفلسطين والأمير يزيد ففصل وفصل
بأبى عبيدة من المرج وقدّم خالد بن الوليد وعلى مجنّبتيه عمرو وابو عبيدة وعلى الخيل
عياض وعلى الرجل شرحبيل فقدموا على دمشق وعليهم نسطاس بن نسطوس فحصروا
اهل دمشق ونزلوا حواليها فكان ابو عبيدة على ناحية وعمرو على ناحية ويزيد على
ناحية وهرقل يومئذ بحمص ومدينة حمص بينه وبينهم فحاصروا اهل دمشق نحوا من
سبعين ليلة حصارا شديدا بالزحوف والترامى والمجانيق وهم معتصمون بالمدينة يرجون
الغياث وهرقل منهم قريب وقد استمدّوه وذو الكلاع بين المسلمين وبين حمص على راس ليلة
من دمشق كأنه يريد حمصا وجاءت خيول هرقل مغيثة لاهل دمشق فأشجتها الخيول التى مع ذى
الكلاع وشغلتها عن الناس فأرزوا ونزلوا بإزائه واهل دمشق على حالهم فلما أيقن اهل دمشق أنّ
الأمداد لا تصل اليهم فشلوا ووهنوا وأبلسوا وازدادوا المسلمون فيهم طمعا وقد كانوا يرون

traverat Itaque simul ut imperium suscepit Omar, primum, de quo egit, hoc fuit, ut Châledum amoveret, dixit enim „provinciam ille, me imperante, non administrabit unquam" Has igitur litteras ad Abu obeidam dedit „si Chaled, se mentitum esse, ipse confitetur, dignitatem suam retinebit, sin, se mentitum esse, non confitetur, ejus dignitas ad te transferetur, quod si fit, cidarim de ejus capite detrahe, ejusque bona cum eo partire pariter" De quibus quum Abu obeida Châledum certiorem fecisset, hic „comperendina me, inquit, ut cum sorore rem meam consulam" Quod quum ei concessisset Abu obeida, Châled sororem convenit, Fatimam bint el walîd, quae apud El hârethum ben hescham commorabatur, cui rem exposuit Tum illa „per Deum, inquit, Omar tibi non favebit unquam, jam hoc tantum efficere vult, ut, te mentitum esse, ipse confitearis, deinde te amovebit." Quibus auditis, Châled osculum illius capiti fixit, eique „recte dixisti, per Deum!" inquit. Itaque in proposito perstitit, atque, se mentitum esse, confiteri noluit Tum Belal, servus quidam Abu bekri, Abu obeidam adiit, eique „quaenam Châledo facere jussus es?" Cui Abu obeida „jussit me cidarim ei detrahere, ejusque bona cum eo partiri" Itaque omnia ejus bona cum eo partitus est, quumque denique nonnisi ejus soleae reliquae essent, Abu obeida „haec quidem, inquit, utilitatem non praebet, nisi cum altera conjuncta" Sed Châled, utraque solea arrepta, alteram Abu obeidae dedit Deinde Châled, ad Omarum profectus, El medinam tetendit, posteaquam ille eum a munere amoverat Haec nobis tradidit Ebn homeid, qui dixit nobis ea narravit Salama, qui a Mohammede ben ishâk ea acceperat, cui a Mohammede ben ata tradita fuerant, qui e Solaimâno ben jessâr haec comperierat Qui dixit Omar, quotiescunque in Châledum incidebat, ei dicebat „o Châled, restitue bona Dei, quae sub natibus tuis posita sunt!" Ille vero respondebat „nulla bona habeo" Durius denique ab Omaro interpellatus, Châled „o princeps fidelium, inquit, quae te imperante mihi paravi, quadraginta millia dirhemorum non efficiunt" Tum Omar „equidem ea sumam, si quadraginta millibus dirhemorum ea mihi vendis" Cui ille „tua sunt" Igitur Omar „ea accipio" inquit Quae bona quum aestimassent, octoginta millia dirhemorum effecerunt Itaque dimidium cepit Omar, nam quadraginta millia dirhemorum illi dedit, bona vero ipse retinuit Nonnulli homines quidem Omaro dixerunt „o princeps fidelium, utinam Châledo bona sua redderes!" Sed ille „ipse nonnisi mercator sum, rebus Moslemorum consulens, itaque illa ei non reddam unquam" Censebat autem Omar officio, quantum ad Châledum spectabat, se satisfecisse, his illi inflictis

Redit narratio ad ea, quae a Seifo tradita sunt, qui ab Abu othmân ea acceperat, cui a Châledo atque Abu obade tradita fuerant Qui quidem dixerunt quum ad Omarum litterae Abu obeidae perlatae essent, quibus sciscitabatur, quaenam regio prima petenda esset, Omar illi rescripsit haec „Deinde haec scito! Primum petite Damascum, atque in eam irrumpite! ea enim arx Syriae est, illorumque regni caput Fahlenses vero a vobis propulsate nonnullo equitatu,

عملًا أبدًا فكتب عمر الى ابى عبيدة إن خالد أكذب نفسه فهو أمير على ما هو عليه وإن هو لم يكذب نفسه فأنت الأمير على ما هو عليه ثم انزع عمامته عن رأسه وقاسمه ماله نصفين فلما ذكر ابو عبيدة ذلك لخالد قال أنظرني أستشر أختي في امري ففعل ابو عبيدة ذلك فدخل خالد على أخته فاطمة بنت الوليد وكانت عند الحارث بن هشام فذكر لها ذلك فقالت والله لا يحبك عمر أبدًا وما يريد إلا أن تكذب نفسك ثم ينزعك فقبّل رأسها وقال صدقتِ والله فتمّ على امره وأبى أن يكذب نفسه فقام بلال مولى ابى بكر الى ابى عبيدة فقال ما أُمرت به في خالد قال أُمرت أن أنزع عمامته وأقاسمه ماله فقاسمه ماله حتى بقيت نعلاه فقال ابو عبيدة إن هذا لا يصلح إلا بهذا فأخذ نعلًا وأعطاه نعلًا ثم قدم خالد على عمر المدينة حين عزله ☆ حدثنا ابن حميد قال حدثنا سلمة عن محمد بن اسحق عن محمد بن عطاء عن سليمان بن يسار قال كان عمر كلما مرّ بخالد قال يا خالد أخرج مال الله من تحت استك فيقول والله ما عندي من مال فلما أكثر عليه عمر قال له خالد يا امير المؤمنين ما قيمة ما أصبت في سلطانكم أربعين ألف درهم فقال عمر قد أخذت ذلك منك باربعين الف درهم قال هو لك قال قد أخذته فحسب ذلك فبلغت قيمته ثمانين ألف درهم فناصفه عمر فأعطاه اربعين الف درهم وأخذ المال فقيل له يا امير المؤمنين لو رددت على خالد ماله فقال إنما أنا تاجر للمسلمين والله لا أردّه عليه أبدًا فكان عمر يرى أنه قد اشتفى من خالد حين صنع به ذلك

رجع الحديث الى حديث سيف عن ابى عثمن عن خالد وأبي عبادة قالا ولما جاء عمر الكتاب عن ابى عبيدة بالذى ينبغى أن يبدأ به كتب اليه اما بعد فابدؤوا بدمشق وانهدوا لها فإنها حصن الشام وبيت مملكتهم واشغلوا عنكم أهل فحل بخيل تكون بإزائهم في نحورهم وأهل فلسطين وأهل حمص فإن

Seif vero, ut tradit Essurri, qui a Schoaibo id acceperat, cui ab illo traditum fuerat, qui ex Abu othmân id compererat, cui a Châledo atque Abu obâde traditum fuerat, in narratione sua hoc quidem prodidit nuntium illum, qui mortem Abu bekri atque imperium Abu obeidae traditum nuntiaturus esset, in Moslemos incidisse ad El jarmukum constitutos, quum modo cum Graecis armis decertare incepissent. Atque idem de rebus ad El jarmukum ac Damascum gestis alia prodit, quam quae narrat Ebn ishâk, de quibus nonnulla exponam. Exponuntur illa. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Seifo ea acceperat, cui a Mohammede narrata fuerant, qui ab Abu othmân ea cognoverat. Qui dixit: quum Omar imperio praefectus esset, a munere amovit Châledum ben el walid ac Châledum ben said. Sed El medinam venire, iis permisit, quod ne facerent, Abu bekr interdixerat, propterea quod in fugam se dederant. In Syriam eos remisit, iisque dixit: „certiorem me faciant, vos labores sustinuisse, ut animum vestrum experiar. Ducem e nostris eligite, quemcunque velitis." Itaque ad exercitum profecti, strenue pugnarunt laboresque sustinuerunt.

Exponuntur res ad Damascum gestae e narratione Seifi. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui ab Abu othmân tradita fuerant, qui e Châledo atque Abu obâde ea compererat. Qui quidem dixerunt: posteaquam Deus agmen Jarmukense in fugam conjecerat, hostesque ad El wâkussam constituti conciderant, praeda impedimentisque distributis, quinta praedae parte transmissa, legatisque missis, Abu obeida Jarmuko Beschirum ben kaab ben abil himjari praefecit, ne subsidia sua opprimerentur, neve Graeci supplementa interciperent. Deinde Abu obeida iter ingressus est, atque ad Essoffaram castra posuit, disiectos hostes persequuturus, nondum vero compererat, utrum iterum coirent, an dispergerentur. Tum certior factus est, ad Fachlam eos se recepisse: moxque ei nuntiatum est, subsidia, ex Himssa missa, Damascum jam pervenisse. Quibus cognitis, utrum Damascus an Fachla, e terra Jordanensi irrumpenti sibi prima petenda esset, dubitabat. De qua re litteras ad Omarum dedit, atque, responsum exspectans, ad Essoffaram substitit. Omar, victoria Jarmukensi comperta, singulis ducibus imperium, quod Abu bekr iis tradiderat, prorogavit, exceptis Amro ben el âs ac Châledo ben el walid. Châledum enim Abu obeidae adjunxit, Amrum vero caeteris subsidio esse jussit, quoad bellum in Palaestinam inferrent, tum vero bello Palaestinensi praeesse.

Ebn ishâk vero de rebus Châledi, causisque propter quas Omar a munere eum amovit, ea prodidit, quae nobis narravit Mohammed ben homeid, qui dixit: nobis ea tradidit Salama, qui ab illo ea cognoverat. Qui quidem dixit: Omar Châledum non amovit, nisi propter quaedam verba, quae aliquando loquutus erat, ut ferunt. Atque per totum tempus, quo Abu bekr imperium tenuit, Omar Chaledum odio persequutus est, auctoritatemque ei concessam aegre tulit propter ea, quae Châled in Ebn nowairam commiserat, quaeque inter bellum illi illatum perpe-

وأمّا سيف فيما ذكر السّرىّ عن شعيب عنه عن ابى عثمن عن خالد وأبى عبادة فانّه ذكر فى خبره أنّ البريد قدم على المسلمين بموت ابى بكر وتأمير ابى عبيدة وهم باليرموك وقد التحم القتال بينهم وبين الروم وقصّ من خبر اليرموك وخبر دمشق غير الذى اقتصّه ابن اسحق وأنا ذاكر بعض ذلك ☆ ذكر ذلك ☆ كتب الىّ السّرىّ عن شعيب عن سيف عن محمّد عن ابى عثمن قال لمّا قدم عمر عزل خالد بن الوليد وخالد بن سعيد وأذن لهما بدخول المدينة وكان ابو بكر قد منعهما لفرّتهما التى فرّاها وردّهما الى الشام وقال ليبلغنّى عنكما غناء انّما أبليتما بلاء فانتصبا الى أىّ أمرائنا أحببتما فلحقا بالناس فأبليا وأغنيا

خبر دمشق من رواية سيف ☆ كتب الىّ السّرىّ عن شعيب عن أبى عثمن عن خالد وأبى عبادة قالا لمّا هزم الله جند اليرموك وتهافت أهل الواقوصة وفرغ من المقاسم والأنفال وبعث بالأخماس وسرّحت الوفود استخلف ابو عبيدة على اليرموك بشير بن كعب بن أبى الحميرىّ كيلا يغتال بردّه ولا تقطع الروم على موادّه وخرج ابو عبيدة حتى نزل بالصفّر وهو يريد اتّباع الفالّة ولا يدرى يجتمعون أم يفترقون فأتاه الخبر بأنّهم أرزوا الى فحل وأتاه الخبر بأنّ المدد قد أتى أهل دمشق من حمص فهو لا يدرى أبدمشق يبدأ أم بفحل من بلاد الأردنّ فكتب فى ذلك الى عمر وانتظر الجواب فأقام بالصفّر فلمّا جاء عمر فتح اليرموك أقرّ الأمراء على ما كان استعملهم عليه ابو بكر إلّا ما كان من عمرو بن العاص وخالد بن الوليد فانّه ضمّ خالدا الى ابى عبيدة وأمر عمرا بمعونة الناس حتى يصير الحرب الى فلسطين ثمّ يتولّى حربها

وأمّا ابن اسحق فانّه قال فى أمر خالد وعزل عمر إيّاه ما حدّثنا محمّد بن حميد قال حدّثنا سلمة عنه قال انّما نزع عمر خالدا فى كلام كان خالد تكلّم به فيما يزعمون ولم يزل عمر عليه ساخطا ولأمره كارها فى زمان ابى بكر كلّه لوقعته بابن نويرة وما كان يعمل به فى حربه فلمّا استخلف عمر كان أوّل ما تكلّم به عزله فقال لا يلى لى

Nimirum eos dixisse Scheddad ben aus ben thâbet Anssarius ac Machmijeh ben hiswai, mortem Abu bekri nuntiaturi, ad exercitum pervenerunt sub initio proelii. Itaque nuntium celarunt, quoad Moslemi victoria potiti sunt, hi enim ad El jîkussam cum hostibus, id est Graecis, pugnabant. Quod factum est mense Redscheb. Deinde Abu obeidae nuntiarunt, Abu bekrum de vita decessisse, ipsum vero bello syriaco praefectum esse, jam enim Omarum duces ipsius imperio subjecisse, Châledum ben el walid vero imperio exutum esse. Haec nobis tradidit Ebn homeid, qui dixit nobis ea tradidit Salama, qui ab Ebn ishâk ea cognoverat, qui dixit: post proelium, quod ad Edschnâdîn commissum est, Moslemi ad Fachlam, quae in terra Jordanensi sita est, perrexerunt, ad quem locum milites Graeci fugitivi corruerant. Moslemi suos quisque duces sequebantur, Chaled vero primum agmen ducebat. Graeci, quum ad Beissânam consedissent, amnium ripas perruperunt, est enim terra uliginosa. Itaque in lutum conversa est. Castra illi ad Fachlam et Beissânam posuerunt, quae inter Palaestinam ac terram Jordanensem sitae sunt. Paulo post Moslemi quum in illos irruissent, antequam quid ab illis factum sit cognovissent, equitatus eorum in luto haesit, multamque inde molestiam cepit. Sed denique Deus eos inde eripuit, Beissâna vero, propter ea, quae Moslemi ibi perpessi erant, vocata est Dsât erradaga, i. e. coenosa. Deinde Moslemi Graecos adorti sunt, ad Fachlam constitutos, proeliumque editum est. Graecis in fugam conjectis, Moslemi Fachlam intrarunt, Graeci fugitivi ad Damascum se receperunt. Proelium Fachlense commissum est mense Dsul kiada, anno tertio decimo, sex post mensibus, quam Omar *chalifatum susceperat. Iter sacrum hujus anni hominibus procuravit* Abd *errachmân ben auf*. Deinde Moslemi ad Damascum perrexerunt, Châledo primum agmen ducente, Graeci vero Damasci hominem quendam, cui nomen erat Bâhâno, ducem suum creaverunt. Eo autem tempore Omar imperio jam exuerat Châledum ben el walid, totique agmini Abu obeidam ben el dscherrach praefecerat. Prope Damascum Graeci ac Moslemi inter se concurrerunt, proeliumque acre editum est. Graecis a Deo in fugam conjectis, Moslemi captivos nonnullos abduxerunt. Graeci Damasco se receperunt, portasque occluserunt. Itaque circumsedentes Moslemi, eam oppugnarunt, donec dedita est, atque tributum pependerunt. Litteras supra retulimus, ad Abu obeidam datas, quae nuntiabant, ipsum exercitui praefectum esse, Châledum vero imperio exutum esse. Quas litteras Abu obeida, pudore ductus, legendas Châledo tradere noluit, quoad Damascus expugnata est. Itaque ipso Chaled cum Damascenis pacificatus est, litteraeque pacis ipsius nomine scriptae sunt. Damasceni quum pacem impetrassent, Bahân, Graecorum dux, qui contra Moslemos pugnaverat, ad Heraclium tetendit. Expugnata est Damascus anno quarto decimo, mense Redscheb. Qua re confecta, Abu obeida, se exercitui praefectum esse, Châledum vero imperio exutum esse, publicavit. Antea autem Moslemi ac Graeci loco quodam inter se concurrerant, quem Âin fachl vocabant, inter Palaestinam ac terram Jordanensem sito, ubi proelium acre editum est. E quo Graeci ad Damascum se receperant.

أوّلِ ذكرى أمْرَ أبي بكر أتيهم قالوا قَدِمَ بموت أبي بكر شدّاد بن أوس بن ثابت
الأنصاريّ ومَحْمِيَة بن جَزْوَار في أوّل القتال فكتموا الخبر حتى ظفر المسلمون وكانوا
بالياقوصة يقاتلون عدوّهم من الروم وذلك في رجب فأخبروا أبا عبيدة بموت أبي بكر
وولايته حرب الشأم وضمّ عمر اليه الأمراء وعزل خالد بن الوليد حدّثنا ابن حُمَيد
قال حدّثنا سلمة عن ابن اسحق قال لمّا فرغ المسلمون من أجنادين ساروا الى فِحْل من
أرض الأردنّ وقد اجتمعت اليها رافضة الروم والمسلمون على أمرائهم وخالد على مقدّمة
الناس فلما نزلت الروم بيسان بثقوا أنهارها وهي أرض سبخة فكانت وحلا ونزلوا فحلا
وبيسان بين فلسطين وبين الأردنّ فلما غشيها المسلمون ولم يعلموا بما صنعت الروم
وحلت خيولهم ولقوا فيها عناء ثم سلّمهم الله وسمّيت بيسان ذات الردغة لما لقي
المسلمون فيها ثم نهضوا الى الروم وهم بفحل فاقتتلوا فهُزمت الروم ودخل المسلمون
فحلا ولحقت رافضة الروم بدمشق وكانت فحل في ذي القعدة سنة ثلث عشرة على
ستة أشهر من خلافة عمر وأقام تلك الحجّة للناس عبد الرحمن بن عوف ثم ساروا
الى دمشق وخالد على مقدّمة الناس وقد اجتمعت الروم على رجل منهم يقال له باهان
بدمشق وقد كان عمر عزل خالد بن الوليد واستعمل أبا عبيدة بن الجرّاح على
جميع الناس فالتقى الروم والمسلمون فيما حول دمشق فاقتتلوا قتالا شديدا ثم
هزم الله الروم وأصاب منهم المسلمون ودخلت الروم دمشق فغلقوا عليهم
وجثم المسلمون عليها فرابطوها حتى فتحت دمشق وأعطوا الجزية وقد تقدّم
الكتاب الى أبي عبيدة بإمارته وعزل خالد فاستحيى أبو عبيدة أن يُقرئ خالدا الكتاب
حتى فتحت دمشق وجرى الصلح على يدي خالد بن الوليد وكتب الكتاب باسمه
. فلما صالحت دمشق لحق باهان صاحب الروم الذي قاتل المسلمين بهرقل وكان فتح
دمشق في سنة أربع عشرة في رجب وأظهر أبو عبيدة إمارته وعزل خالد وكان
المسلمون التقوا هم والروم ببلد يقال له عين فحل بين فلسطين والأردنّ فاقتتلوا به
قتالا شديدا ثم لحقت الروم بدمشق

Caput vicesimum.

Moslemi Damascum expugnant.

Dicit Abu dschafer: supra exposuimus, quomodo Abu bekr Omaro ben el chattâb chalifatum tradidit, ipseque deinde de vita decessit, atque Omarum super eo precatum esse, ipsumque ea nocte, qua obiit, sepultum esse, antequam hominibus dies illuxerat. Postera dies vero ubi illuxit, Omar prima haec quidem egit, atque loquutus est, ut nobis tradidit Abu koreib, qui dixit: nobis ea narravit Abu bekr ben ajjâsch, qui ab El amasch ea acceperat, cui a Dschâmi ben scheddad tradita fuerant, qui a patre ea cognoverat. Qui dixit: chalifatum quum suscepisset Omar, in suggestum adscendit, atque „verba jam proferam, inquit, itaque fidem de iis mihi habete!“ Quae post chalifatum susceptum prima eloquutus est, fuerunt haec, ut mihi tradidit Abus sajib, qui dixit: nobis ea tradidit Ebn fodail, qui e Derâro ea comperierat, cui a Hosseino Morrita narrata fuerant, qui dixit: sic loquutus est Omar: „Arabes camelo similes sunt contumaci, qui ducem sequitur, quam ob rem duci videndum est, quo ducat. Quod me quidem adtinet, per dominum Kaabae, in viam eos deducam.“

Haec nobis tradidit Omar, qui dixit: mihi ea tradidit Ali, qui ab Issa ben jesîd ea cognoverat, cui a Ssâlech ben keissân narrata fuerant. Qui dixit: primae litterae, quas post imperium susceptum Omar ad Abu obeidam dedit, ut agmini Châledi eum praeficeret, fuerunt hae: „hoc tibi praecipio, ut revereris Deum, qui perennis manet, quanquam quaecunque praeter eum exstant peritura sunt, quique ex errore nos eripuit, atque e tenebris ad lucem deduxit. Jam te praefeci exercitui Châledi ben el walîd. Itaque prospice eorum rebus, quae tibi curandae sunt. Moslemos in discrimen adducere noli, praedae spe ductus, neque in castra eos immittere, antequam locum exploraveris, ac, quomodo situs sit, cognoveris. Hominem emittere noli, nisi turma tutum. Cave, ne in discrimen conjicias Moslemos. Judicantem tibi tribuit me, mihique te. Visum ita obvolve, ut res mundanas non respicias, corque ab iis cohibe. Cave ne illae te perdant, quemadmodum eos perdiderunt, qui ante te exstiterant, quorumque cladem spectasti.“

Haec mihi narravit Omar, cui Ali ben mohammed ea tradiderat, iis auctoribus usus, quorum narrationem ipsi traditam supra exposui, ubi ad res Abu bekri enarrandas primo accessi

قال أبو جعفر قد تقدم ذكرنا وقت عقد أبي بكر لعمر بن الخطاب الخلافة ووقت وفاة أبي بكر وأنّ عمر صلّى عليه وأنّه دفن ليلة وفاته قبل أن يصبح الناس فأصبح عمر صبيحة تلك الليلة فكان أوّل ما عمل فقال فيما ذكرنا أبو كريب قال حدثنا أبو بكر بن عياش عن الأعمش عن جامع بن شدّاد عن أبيه قال لما استخلف عمر صعد المنبر فقال إنّي قائل كلمات فأمّنوا عليهنّ فكان أوّل منطق نطق به حين استخلف فيما حدّثني أبو السائب قال حدثنا ابن فضيل عن ضرار عن حصين المرّيّ قال قال عمر إنّما مثل العرب مثل جمل أنِف اتّبع قائده فلينظر قائده حيث يقود وأمّا أنا فوربّ الكعبة لأحملنّهم على الطريق

حدثنا عمر قال حدثني عليّ عن عيسى بن يزيد عن صالح بن كيسان قال كان أوّل كتاب كتبه عمر حين ولي إلى أبي عبيدة يولّيه على جند خالد أوصيك بتقوى الله الذي يبقى ويفنى ما سواه الذي هدانا من الضلالة وأخرجنا من الظلمات إلى النور وقد استعملتك على جند خالد بن الوليد فقم بأمرهم الذي يحقّ عليك لا تقدّم المسلمين إلى هلكة رجاء غنيمة ولا تنزلهم منزلا قبل أن تستريده لهم وتعلم كيف مأتاه ولا تبعث سريّة إلّا في كثف من الناس وإيّاك وإلقاء المسلمين في هلكة وقد أبلاك بي وأبلاني بك فغمّض بصرك عن الدنيا وأله قلبك عنها وإيّاك أن تهلكك كما أهلكت من كان قبلك فقد رأيت مصارعهم

حدثني عمر عن عليّ بن محمد بإسناده عن النفر الذين ذكرت روايته عنهم في

Haec mihi tradidit Ebn homeid, qui dixit: nobis ea tradidit Salama, qui ab Ebn ishâk ea acceperat, cui ab Essohrio narrata fuerant, qui ab El kâssem ben mohammed ea cognoverat, cui ab Esma, filia Omeissi, tradita fuerant. Quae dixit: ad Abu bekrum intravit Talcha ben obeid alla, dixitque: „hominibus chalifam praefecisti Omarum, quamvis ipse vidisti, quae ab eo homines patiuntur, te vivo. Quid vero fiet, quum solus ille iis praeerit, tu vero ad dominum tuum accedes, qui rationem eorum a te reposcet, quae civibus fecisti?" Tum Abu bekr, qui recubuerat: „erigite me!" inquit. Quem quum erexissent, dixit Talchae: „num, per Deum, me obstupefacere vis, numque, per Deum, pavorem mihi incuties? quum ad Deum accessero, ei dicam: praefeci genti tuae gentis tuae praestantissimum." Tradiditque mihi quaedam Ebn homeid, *dixitque: nobis ea tradidit Salama, qui ab Ebn ishâk ea acceperat, cui narrata fuerant a Mo*hammede ben abd errachmân ben el hossein; quae quidem cum illis congrua erant.

حدّثنا ابن حميد قال حدّثنا سلمة عن ابن اسحق عن الزهرى عن القسم
بن محمد عن اسماء ابنة عميس قالت دخل طلحة بن عبيد الله على ابى بكر
فقال استخلفت على الناس عمر وقد رأيت ما يلقى الناس منه وانت
معه فكيف اذا خلا بهم وانت لاق ربّك فسائلك عن رعيّتك فقال
ابو بكر وكان مضطجعا اجلسونى فأجلسوه فقال لطلحة أبالله
تفرّقنى او بالله تخوّفنى اذا لقيت الله قلت استخلفت على اهلك خير
اهلك ❊ وحدّثنى ابن حميد قال حدّثنا سلمة عن ابن اسحق عن محمد بن عبد
الرحمن بن الحصين بمثل ذلك

widschsa ea comperierat, cui a patre narrata fuerant. Atque etiam homines alii, quorum nonnulli ipsi sua mihi exposuerunt, quorumque narrationes aliae aliis insertae tradebantur. Qui quidem dixerunt: dixit Aischa: habitabat pater meus Essunchi apud uxorem suam, Habibam, filiam Chaziedschae ben seid ben abi soheir, qui tribu El hâreth ben el chasradsch ortus erat. Mansionem sibi construxerat e ramis palmarum, neque meliorem sibi paravit, quoad El medinae domicilium constituit. Essunchi vero, etiam postquam fides ei sponsa est, mansit menses sex. Mane inde El medinam pedes ibat, nonnunquam equo vehebatur, tunica indutus, palliaoque lacero. Quotiescunque El medînam veniebat, preces praeibat hominibus, eo absente vero Omar ben el chattab preces moderabatur. Addit ille: die veneris tempus matutinum Essunchi consumebat in comendis capite ac barbâ, quo peracto, ad obeundum diem veneris pergebat, concionemque convocabat. Quum vero homo mercator esset, quotidie mane in foro adesse solebat, ubi vendebat emebatque. Etiam aliquot oves habebat, quae vespera ad eum redibant, modo ipse eas educebat, modo iis alii prospiciebant, easque pascebant. Nonnunquam Abu bekr oves, quae suae tribui erant, mulgebat. Quam ob rem, quum jam chalifae ei fides sponsa esset, puella quaedam, illâ tribu orta: „nunc sane, inquit, oves a domo nostra conductas ille non mulgebit." Abu bekr vero, illis auditis: „equidem certo, inquit, per vitam meam, eas vobis mulgebo, spero enim fore, ut, quae jam suscepi, a more pristino me non avertant." Itaque etiam tunc oves illorum mulsit. Interdum alicui puellae, sua tribu ortae, ipse dicebat: „o puella, visne tibi pascam, vel despumem?" Atque illa modo „pasce!" modo „despuma!", utrum vero jubebat, id ille peragebat. Hac vitae ratione usus, Essunchi mansit menses sex, deinde El medinam migravit, ibique commoratus est. Tum, rebus suis consideratis: „mercatura, per Deum, inquit, rebus civium publicis non expedit, neque civibus expedit, nisi eorum rebus vacare ac prospicere. Sed etiam ea providenda sunt, quae domesticis meis expediant." Itaque, mercatura relicta, quae sibi domesticisque opus essent, in dies singulos e fisco Moslemorum sumsit, atque peregrinationi sacrisque Mekkanis praefuit. Quae in singulos annos ei adsignarunt, sex millium dirhemorum summam efficiebant. Quum vero hora supremi venisset: „reddite jam, inquit, quae e fisco Moslemorum sumta habeo, nam ex illa pecunia nihil meum faciam. Atque etiam fundus meus, qui in illo loco situs est, Moslemorum est, propter pecuniam, quam ab iis accepi." Itaque haec ille tradidit Omaro, atque camelam lactariam, servum politorem, amiculumque, quod vix quinque dirhemorum pretium habebat. Tum Omar: „arduum pensum iis dedit, qui ipsi succedunt." Dixit Ali ben mohammed, ut Abu seid, qui ex eo haec audiverat, in iis mihi tradidit, quae ipse ex illis hominibus comperierat, a quibus narrationem suam eum accepisse, supra commemoravi. Abu bekr: „inquirite, inquit, quantum ab eo die, quo imperio praefectus sum, e fisco Moslemorum erogaverim, idque meo nomine restituite!" Tum summam eorum per tempus, quo imperio praefuit, ad octo millia dirhemorum pervenisse, repererunt.

عن أبيه قال وغيرُ هؤلاء أيضًا قد حدّثني بعضُه فدخل حديث بعضهم في حديث بعضٍ قالوا قالت عائشة كان منزلُ أبي بكر بالسُّنْح عند زوجته حبيبة ابنة خارجة بن زيد بن أبي زُهير من بني الحارث بن الخزرج وكان قد حَجَّرَ عليه حُجْرةً من سَعَفٍ فما زاد على ذلك حتى تحوّلَ الى منزله بالمدينة فأقام هناك بالسُّنْح بعد ما بُويِعَ له ستّة أشهرٍ يغدو على رِجْلَيه الى المدينة وربّما رَكِبَ على فرسٍ له وعليه إزارٌ ورِدآء[2] مُمَشَّق فيُوافي المدينةَ فيُصلّي الصَّلَوات بالناس فاذا لم يحضُرْ صلّى بهم عُمَرُ بن الخطّاب قال فكان يُقيم يومَ الجمعة صَدْرَ النّهار بالسُّنْح يَصْبُغُ رأسَهُ ولحيتَهُ ثم يروحُ لقدر الجمعة فيجمّع بالناس وكان رجلا تاجرا فكان يغدو كلّ يوم الى السوق فيبيعُ ويبتاعُ وكانت له قِطعةُ غنمٍ تروحُ عليه وربّما خرج هو نفسه فيها وربّما كُفِيَها فرُعِيَتْ له وكان يحْلِبُ للحيّ أغنامَهم فلما بُويِعَ له بالخلافة قالت جارية من الحيّ الآنَ لا تُحلَبُ لنا منائحُ دارِنا فسمعها أبو بكر فقال بلى لعَمْري لأحلبنّها لكم وانّي لأَرجو أن لا يُغيّرني ما دخلتُ فيه عن خُلُقٍ كُنْتُ عليه فكان يَحْلِبُ لهم فربّما قال للجارية من الحيّ يا جاريةُ أتحبّين أن أُرْغي لكِ او أُصَرِّحَ فربّما قالت أرْغِ وربّما قالت صَرِّحْ فأيَّ ذلك قالته فعلَ فمكثَ كذلك بالسُّنْح ستّةَ أشهرٍ ثم نزلَ الى المدينة فأقامَ بها ونظرَ في أمره فقال لا والله ما تُصْلِحُ أُمورَ الناسِ التّجارةُ وما يُصْلِحُهُمْ إلا التفرُّغُ لهم والنّظرُ في أُمورهم ولا بُدّ لعيالي ممّا يُصلِحُهُمْ فتَرَكَ التّجارةَ واستنفقَ من مال المسلمين ما يُصْلِحُهُ ويُصْلِحُ عيالَهُ يومًا بيوم ويحُجّ ويعتمرُ وكان الذي فرضوا له في كلّ سنةٍ ستّة آلاف درهم فلما حضرتْهُ الوفاةُ قال رُدّوا ما عندنا من مال المسلمين فانّي لا أُصيبُ من هذا المال شيئًا وإنّ أرضي التي بمكانِ كذا وكذا للمسلمين بما أصبْتُ من اموالهم فدَفَعَ ذلك الى عُمَرَ ولَقُوحًا وعبدًا صَيْقَلًا وقطيفةً ما تُساوي خمسةَ دراهم فقال عُمَرُ لقد أتعبَ مَنْ بعدَهُ وقال عليّ بن محمد فيما حدّثني أبو زيدٍ عنه في حديثه عن القوم الذين ذكرْتُ روايتَهُ عنهم قال ابو بكر انظُروا كَمْ أنفقتُ منذ وَلِيتُ من بيت المال فاقضُوهُ عنّي فوجدوا مبلغَهُ ثمانيةَ آلاف درهمٍ في ولايته

el alre ben abi amra, Obeidi, servus El mornnae, hominis Anssârii, Soraikitae, Abu abd alla, servus Salmae, Chair, servus Abu dawudi Anssarii, qui ortus erat tribu Mâsen ben enneddschâr, Jessâr, qui avus est Mohammedis ben ishâk, servus Kaissi ben mischsama ben el mottalib ben abd menaf, Aflach, servus Abu ejjubi Anssarii, qui ortus erat tribu Malek ben enneddschâr, Hamran ben abân, servus Othmani ben affan Morti vero Châled addixit Hilâlum ben okba ben bischr Naumiriam, quem in urbe Ain ettamr cruci affixit Deinde desertum transire constituit, e Korâkero, qui fons quidam Kelbitarum est, ad Suwam, fontem quendam Behritarum, profecturus, inter quos locos quinque noctium iter interest Qua via quum ipse exercitum ducere non auderet, viae ducem poposcit Cujusmodi hominem esse dixerunt Rafeum ben amira Tayitam Cui Chaled „abi jam cum militibus!“ Sed Rafe „cum equis et impedimentis hac via procedere non potes, nam per Deum, etiam singulus homo, qui camelo vehitur, eam sibi timet, neque ea procedit nisi periclitans, quinque noctium enim iter est integrarum, in quo nulla aqua reperitur, per terram inviam conficiendum“ Tum Châled „vae tibi! ab hac quidem re, per Deum, desistere plane non possum, mandatum principis enim ad me adlatum est, quod hanc rem praecipit Itaque impera, quae facienda censes“ Igitur Râfe „multam aquam comparate Quicunque vestrum camelae suae aurem super aquam constringere potest, hoc faciat Sunt enim loca exitialia, nisi Deus mala avertat Porro viginti camelas mihi trade, magnas, pingues, annosas“ Quas quum ad eum adduxisset Châled, sumsit eas Rafe, sitemque iis fecit, quoad siti admodum laborarent Deinde ad aquam ductae, potu se repleverunt Quo confecto, labia iis praecidit, oraque obligavit, ne ruminarent, terga earum vacua reliquit His peractis, Châledo „iter ingredere!“ inquit Itaque, illo assumto, Châled iter ingressus est, cum equis et impedimentis celeriter procedens Quoties in statione consedit, quatuor illarum camelarum dissecuit, et, quod in ventriculis repperit, equis bibendum dedit, homines nonnihil illius aquae, quam secum vexerant, bibebant Ultimo itineris die, quum jam militibus mala timeret Châled, Rafeo ben amira, ex oculis laboranti „vae tibi, inquit, o Râfe, quid nuntiandum habes?“ Atque Râfe „ad aquam pervenis, si Deus velit“ Quum ad binos colles accessisset, militibus dixit „circumspicite jam! nonne arbusculam rhamni cernitis, quae magnitudine sessionem hominis fere referat?“ Illi vero „eam non cernimus“ Tum Rafe „nos certe Dei sumus, ad eum quondam redituri! Jam actum est de vobis, ac de me Circumspicite iterum!“ Inquirendo illi denique rhamnum repperierunt abscissam, sed pars quaedam illius reliqua erat Qua conspecta, milites et Rafe ben amira Deum laudibus celebrarunt Deinde Râfe „ad radicem rhamni fodite!“ Quo facto, fontem inde eduxerunt, potuque milites se expleverunt Inde progressus Châled ben el walîd, continuas stationes invenit Râfe vero „per Deum, inquit, hunc fontem antea non adieram, nisi semel, quum puer essem, cum patre“ In quam rem tunc poeta quidam Moslemus haec dixit

وَعُبَيْدَةُ مَوْلَى ٱلْمُعَلَّى من الانصار من بَنِي زُرَيْقٍ وابو عبد الله مَوْلَى زُهْرَةَ وَخَيْرٌ مَوْلَى أَبِي دَاوُدَ ٱلْأَنْصَارِيِّ ثم أَحَدِ بَنِي مَازِنِ بْنِ ٱلنَّجَّارِ وَيَسَارٌ وهو جَدُّ مُحَمَّدِ بْنِ إِسْحٰقَ مَوْلَى قَيْسِ بْنِ مَخْرَمَةَ بْنِ ٱلْمُطَّلِبِ بْنِ عَبْدِ مَنَافٍ وَأَفْلَحُ مَوْلَى أَبِي أَيُّوبَ ٱلْأَنْصَارِيِّ ثم أَحَدِ بَنِي مَالِكِ بْنِ ٱلنَّجَّارِ وَحُمْرَانُ بْنُ أَبَانٍ مَوْلَى عُثْمَنَ بْنِ عَفَّانَ وَقَتَلَ خَالِدُ بْنُ ٱلْوَلِيدِ هِلَالَ بْنَ عُقْبَةَ بْنِ بِشْرٍ ٱلنَّمِرِيَّ وَصَلَبَهُ بِعَيْنِ ٱلتَّمْرِ ثم أَرَادَ ٱلسَّيْرَ مُفَوِّزًا من قُرَاقِرَ وهو ماء لِكَلْبٍ الى سُوًى وهو ماء لِبَهْرَاءَ بَيْنَهُمَا خَمْسُ لَيَالٍ فلم يَهْتَدِ خَالِدٌ ٱلطَّرِيقَ فَٱلْتَمَسَ دَلِيلًا فَدُلَّ على رَافِعِ بْنِ عَمِيرَةَ ٱلطَّائِيِّ فقال لـه خالد ٱنْطَلِقْ بِٱلنَّاسِ فقال له رَافِعٌ إِنَّكَ لَنْ تُطِيقَ ذلك بالخيل والاثقال وَٱللّٰهِ إِنَّ ٱلرَّاكِبَ ٱلْمُفْرَدَ لَيَخَافُهَا على نفسه وما يَسْلُكُهَا الا مُغَرِّرًا إِنَّهَا لَخَمْسُ لَيَالٍ جِيَادٍ لا يُصَابُ فيها ماء مع مَضَلَّتِهَا فقال لـه خالد وَيْحَكَ إِنَّهُ وَٱللّٰهِ إِنْ لِي بُدٌّ من ذلك إِنَّهُ قَدْ أَتَتْنِي من الامير عَزْمَةٌ بذلك فَمُرْ بِأَمْرِكَ قال ٱسْتَكْثِرُوا من الماء مَنِ ٱسْتَطَاعَ منكم أَنْ يَصُرَّ أُذُنَ نَاقَتِهِ على ماء فَلْيَفْعَلْ فَإِنَّهَا ٱلْمَهَالِكُ الا ما دَفَعَ ٱللّٰهُ وَٱبْغِنِي عِشْرِينَ جَزُورًا عِظَامًا سِمَانًا مَسَانَّ فَأَتَاهُ بِهِنَّ خالد فَعَمَدَ اليهنّ رَافِعٌ فَظَمَّأَهُنَّ حتى اذا أَجْهَدَهُنَّ عَطَشًا أَوْرَدَهُنَّ فَشَرِبْنَ حتى اذا تَمَلَّأْنَ عَمَدَ اليهنّ فَقَطَعَ مَشَافِرَهُنَّ ثم كَعَمَهُنَّ لِئَلَّا يَجْتَرِرْنَ ثم أَخْلَى أَدْبَارَهُنَّ ثم قال لخالد سِرْ فسار خالد معه مُغِذًّا بالخيول والاثقال فَكُلَّمَا نَزَلَ مَنْزِلًا ٱفْتَظَّ أَرْبَعًا من تِلْكَ ٱلشَّوَارِفِ فَأَخَذَ ما في اكراشها فَسَقَاهُ ٱلْخَيْلَ ثم شَرِبَ ٱلنَّاسُ مِمَّا حَمَلُوا معهم من الماء فلما خَشِيَ خَالِدٌ على اصحابه في آخِرِ يَوْمٍ من المفازة قال لِرَافِعِ بْنِ عَمِيرَةَ وهو أَرْمَدُ وَيْحَكَ يا رَافِعُ ما عندك قال أَدْرَكْتَ ٱلرِّيَّ إِنْ شاء الله فلما دَنَا من ٱلْعَلَمَيْنِ قال للناس ٱنْظُرُوا هَلْ تَرَوْنَ شُجَيْرَةً من عَوْسَجٍ كَقِعْدَةِ ٱلرَّجُلِ فقالوا ما نَرَاهَا فقال إِنَّا لِلّٰهِ وَإِنَّا اليه راجعون هَلَكْتُمْ وَٱللّٰهِ إِذًا وَهَلَكْتُ ٱنْظُرُوا فَٱطْلُبُوهَا فَوَجَدُوهَا قُطِعَتْ وَبَقِيَتْ منها بَقِيَّةٌ فلما رَآهَا المسلمون كَبَّرُوا وَكَبَّرَ رافع بن عميرة ثم قال ٱحْفِرُوا في أَصْلِهَا فَحَفَرُوا فاستخرجوا عَيْنًا فشربوا حتى رَوِيَ ٱلنَّاسُ فَٱتَّصَلَتْ بعد ذلك لخالد بن الوليد ٱلْمَنَازِلُ فقال وَٱللّٰهِ ما وَرَدْتُ هذا الماء قَطُّ إِلَّا مَرَّةً وَاحِدَةً وَرَدْتُهُ مع أَبِي وانا غلام فقال شَاعِرٌ من المسلمين

thanna emittendi sunt. Si vero, quoad nox ingruat, morer, noli ad auroram differre evocationem militum, qui cum El mothanna emittendi sunt. Sinere nolite, ut calamitas ulla, quamvis gravis sit, a rebus religionis vestrae, mandatisve domini vestri vos avocet. Me quidem vidisti, quum legatus Dei, cui bene dicat Deus, faveatque, mortem obiisset, quaeque tunc feci, quamquam nihil unquam, quod *tam grave esset, hominibus acciderat*. Atque, per Deum, si Dei ejusque legati causam tunc dereliquissem, debiles sane vilesque facti essemus, atque El medina incendio deflagrata esset. Si Deus ducibus, qui in Syriam missi sunt, victoriam concedit, milites Châledi in El irâkam remitte, illius enim socii sunt, ejusque rerum ac fortunarum propugnatores, homines experti sunt, atque intrepidi." Sub noctem animam efflavit Abu bekr. Itaque Omar nocte eum *sepelivit, atque in templo precationem super eo fecit*. Reliquam vero noctis partem homines apud El mothannam exegerunt, postea quam Abu bekr sepulcro conditus erat. Dixit Omar: „gravari me quidem, Châledum El irâkae praeficere, jam intellexerat Abu bekr, quum illius socios eo remittere me juberet, ipsius mentionem vero intermitteret." Dicit Abu dschafer: ad Asermidochtam imperium Abu bekri duravit, captaque est hoc tempore, illoque imperante, utraque *provinciae Sewâdensis pars. Illo mortuo, Persae suis dissidiis ita distinebantur*, ut Moslemos e provincia Sewâdensi pellere non possent. Atque ab Abu bekri imperio sic res stetit, quoad Omar regnum suscepit, atque El mothanna cum Abu obeida in El irâkam reversus est. Major exercitus Irâkensium pars El hîrae consederat, praesidia ad fluvium Essibun constituta erant, praedatores Tigridis ripam usque excurrebant, Tigris vero Arabes a Persis dirimebat. Haec itaque rerum, quae Abu bekro imperante in El irâka gestae sunt, historia est, a primis ad extremas perducta.

Redit narratio ad ea, quae ab Ebn ishâk *tradita* sunt. Châledo, El hîrae commoranti, scripsit Abu bekr, ut militibus suis fortissimis exercitum in Syriam emissum firmaret, ipseque eos eo duceret, infirmioribus vero aliquem hominem ex ipsis electum praeficeret. Quas litteras quum ab Abu bekro Châled accepisset, „haec quidem, inquit, scaevola ille egit, filius Omm schamlae, id est Omar ben el chattâb, mihi enim invidet, El irâkam mea industria capi." Itaque Châled cum militibus fortissimis iter ingressus est. Infirmiores cum mulieribus El medinam remisit, id est Medinam legati Dei, cui bene dicat Deus, faveatque, quibus Omeirum ben saad Anssârium praefecerat. Moslemis vero, qui in El irâka relinquebantur, Rebîitis, caeterisque El mothannam ben hârethа Schaibânitam praeposuit. Ipse iter continuavit, donec ad Ain ettamr consedit. Excursionem in ejus incolas fecit, nonnullosque cepit. Deinde castellum quoddam ibi situm, quod Chosroes praesidio firmaverat, obsidio pressit, quoad eos in deditionem accepit. Colla iis secuit, multosque ex Ain ettamr atque illius praesidii liberis captivos abduxit. Quos ad Abu bekrum misit. E quibus captivis fuerunt Abu amra, servus Schebbâni, qui pater est Abd

مع المثنى وإن تأخرت الى الليل فلا تصبحن حتى تندب الناس مع المثنى ولا تشغلنكم مصيبة وإن عظمت عن أمر دينكم ووصية ربكم وقد رأيتني متوفى رسول الله صلى الله عليه وسلم وما صنعت ولم يصب الخلق بمثله وبالله لو أني آني عن أمر الله وأمر رسوله لخذلنا ولعاقبنا فاضطرمت المدينة نارا وإن فتح الله على أمراء الشام فاردد أصحاب خالد الى العراق فإنهم أهله وولاة أمره وحده وأهل الضراوة بهم والجراءة عليهم ومات أبو بكر رحمه الله من الليل فدفنه عمر ليلا وصلى عليه في المسجد وندب الناس مع المثنى بعد ما سوي على أبي بكر وقال عمر كان أبو بكر قد علم أنه يسوءني أن أؤمر خالدا على العراق حين أمرني بصرف أصحابه وترك ذكره ✩ قال أبو جعفر وإلى آزرميدخت انتهى شأن أبي بكر وأخذ بقايا السواد في أيامه وسلطانه ثم مات وتشاغل أهل فارس فيما بينهم عن إزالة المسلمين عن السواد فيما بين ملك أبي بكر الى قيام عمر ورجوع المثنى مع أبي عبيدة الى العراق والجمهور من جند أهل العراق بالحيرة والمسالح بالسيب والغارات تنتهي بهم الى شاطئ دجلة ودجلة حجاز بين العرب والعجم ✩ فهذا حديث العراق في إمارة أبي بكر من مبتدئه الى منتهاه

رجع الحديث الى حديث ابن إسحق فبعث أبو بكر الى خالد وهو بالحيرة يأمره أن يمد أهل الشام بمن معه من أهل القوة ويخرج فيهم ويستخلف على ضعفة الناس رجلا منهم فلما أتى خالدا كتاب أبي بكر بذلك قال خالد هذا عمل الأعيسر ابن أم شملة يعني عمر بن الخطاب حسدني أن يكون فتح العراق على يدي فسار خالد بأهل القوة من الناس ورد الضعفاء والنساء الى المدينة مدينة رسول الله صلى الله عليه وسلم وأمر عليهم عمير بن سعد الأنصاري واستخلف خالد على من أسلم بالعراق من ربيعة وغيرهم المثنى بن حارثة الشيباني ثم سار حتى نزل على عين التمر فأغار على أهلها فأصاب منهم ورابط حصنا بها فيه مقاتلة كان كسرى وضعهم فيه حتى استنزلهم فضرب أعناقهم وسبى من عين التمر ومن أبناء تلك المرابطة سبايا كثيرة فبعث بها الى أبي بكر فكان من تلك السبايا أبو عمرة مولى شبان وهو أبو عبد الأعلى بن أبي عمرة

Ac reliquum carmen. Atque El Farasdak, enumerans stirpes tribus Bekr ben wâjel, El mothannae mentionem fecit, eumque elephantem obtruncasse. Dixit:

Ac filius El mothannae, qui elephantem obtruncavit in
Al Babelam, quum inter Persas adesset rex Babelae.

Mortem obiit Schehriram, quum profligaretur Hormos dschâdsuweih, quod nova dissidia Persis peperit. Quae infra Tigridem sita erant, in quibus pars quaedam agri Sewadensis est, potestati El mothannae ac Moslemorum concessa sunt. Denique Persae post mortem Schehrirâni reginam crearerunt Dochtsenînam, filiam Chosrois, quae, nullam potentiam adepta, mox regno exuta est. Tum imperium suscepit Sâbur ben schehrirân. Dicunt alii: Sâbur ben schehrirân, quum imperium suscepisset, ejus res administravit El ferruchsâds ben el bendsuwân. Qui a rege petiit, ut Asarmidochtam, filiam Chosrois, in matrimonium sibi daret, quam rex ei concessit. Sed illa succensens „mi patruelis, inquit, num in matrimonium me dabis servo meo?“ Rex vero „pudeat te dicere haec! noli convicium ei facere me praesente, est enim tuus maritus.“ Tum illa Sijawuchschum Rejensem, qui ex intrepidissimis Persarum erat, arcessivit, ac cum eo questa est, quae ipsa sibi metuebat. Quibus cognitis, Sijawuchsch „si ab hac re abhorres, iterum hoc illi exponere noli, sed nuntium ad eum mitte, eique dic, ut illum ad te accedere jubeat, tum te expediam.“ Quod quum illa fecisset, Sijawuchsch ad rem se accinxit. Nuptiali nocte simul ut ad illam intravit El ferruchsâds, irruit in eum Sijawuchsch, eumque ejusque comites obtruncavit. Quo confecto, cum illa ad Sâburum perrexit, quem ipsa adiit. Mox caeteri ad regem irruperunt, eumque interfecerunt. Tum imperium suscepit Asarmidocht, filia Chosrois, quae quidem res satis negotii illis fecerunt. Interea nuntius ab Abu bekro adferendus quum Moslemos nimis moraretur, El mothanna Beschîrum ben el chassâssijje ad se advocavit, atque in ejus locum ad praesidia emisit Saidum ben morra Idschlitam. Ipse El mothanna ad Abu bekrum profectus est, ut res Moslemorum ac polytheistarum ei exponeret, atque ab eo peteret, ut auxiliares adsumere sibi permitteret eos apostatas, quos ad bonam frugem ac poenitentiam se recepisse constaret, hostes terribiles, utque certiorem eum faceret, se nullos homines post se reliquisse, qui ad invadendos debellandosque Persas, ac sublevandos Mohadscheros illis apostatis paratiores essent. El mothanna autem ubi ad El medinam venit, Abu bekrum aegrum invenit, nam paucis post mensibus, quam in Syriam Châled perrexerat, Abu bekr morbo illo correptus est, quo periit. Quum El mothanna eo accederet, animam jam agebat, imperiumque Chaledo tradiderat. Rem suam ei exposuit El mothanna. Tum Abu bekr „advocate Omarum!“ Qui quum accessisset, inde Omar, inquit, quae tibi dicam, eaque perfice. Spero fore, ut hoc ipso die moriar, id est die lunae. Quum mortem obiero, noli ad vesperam differre evocationem militum, qui cum El mo-

القصيدة وقال الفرزدق يعدّد بيوتات بكر بن وائل وذكر المثنى وقتله الفيل

وَبَيْتُ ٱلْمُثَنَّى قَاتِلِ ٱلْفِيلِ عَنْوَةً   بِبَابِلَ إِذْ فِي فَارِسٍ مُلْكُ بَابِلِ

وَمَاتَ شَهْرُ بَرَازَ مُنْصَرَفَهُ مِنْ هُرْمُزَ جَاذَوَيْهِ وٱخْتَلَفَ أَهْلُ فَارِسَ وَبَقِيَ مَا دُونَ دِجْلَةَ وبه شَيْءٌ من ٱلسَّوَادِ في يَدَيِ ٱلْمُثَنَّى والمسلمين ثم إِنّ أَهْلَ فَارِسَ اجتمعوا بعد شَهْرِ بَرَازَ على دُخْتِ زَنَانَ بِنْتِ كِسْرَى فلم يُنْفَذْ لَهَا أَمْرٌ فَخُلِعَتْ وَمُلِّكَ سَابُورُ بْنُ شَهْرِ بَرَازَ قالوا ولما مَلَكَ سَابُورُ بْنُ شَهْرِ بَرَازَ قام بِأَمْرِهِ ٱلْفَرُّخْزَاذُ بْنُ ٱلْبِنْدَوَانِ فسَأَلَهُ أَنْ يُزَوِّجَهُ آزَرْمِيدُخْتَ ٱبْنَةَ كِسْرَى ففعل فغَضِبَتْ من ذلك وقالت يَا ٱبْنَ عَمِّ أَتُزَوِّجُنِي عَبْدِي قال ٱسْتَحْيِي مِنْ هذا الكلام ولا تُعِيدِيهِ عَلَيَّ فإنّه زَوْجُكِ فَبَعَثَتْ الى سِيَاوُخْشَ ٱلرَّازِيِّ وكان من فُتَّاكِ ٱلْأَعَاجِمِ فَشَكَتْ اليه الذي تخاف فقال لها إِنْ كُنْتِ كارهة لِهٰذَا فلا تُعَاوِدِيهِ فيه وَأَرْسِلِي اليه وَقُولِي له فَلْيَقُلْ له فَلْيَأْتِكِ فَأَنَا أَكْفِيكَهُ فَفَعَلَتْ وَٱسْتَعَدَّ سِيَاوُخْشُ فلما كان لَيْلَةُ ٱلْعُرْسِ أَقْبَلَ ٱلْفَرُّخْزَاذُ حتى دخل فَثَارَ به سِيَاوُخْشُ فقتله ومن معه ثم نَهَدَ بها معه الى سَابُورَ فَحَصَرَتْهُ ثم دخلوا عليه فقتلوه وَمَلَكَتْ آزَرْمِيدُخْتُ بِنْتُ كِسْرَى وتشاغلوا بذلك وَأَبْطَأَ خَبَرُ ابى بكر على المسلمين فخلّف ٱلْمُثَنَّى بَشِيرَ بْنَ ٱلْخَصَاصِيَّةِ وَوَضَعَ مَكَانَهُ في المسالح سَعِيدَ بْنَ مُرَّةَ ٱلْعِجْلِيَّ وخرج ٱلْمُثَنَّى نحو ابى بكر لِيُخْبِرَهُ خَبَرَ المسلمين والمشركين وَيَسْتَأْذِنَهُ في الاستعانة بِمَنْ قد ظَهَرَتْ تَوْبَتُهُ وندمُهُ من أَهْلِ ٱلرِّدَّةِ مِمَّنِ ٱسْتَطْعَمَهُ ٱلْغَزْوُ وَلِيُخْبِرَهُ أَنَّهُ لم يُخَلِّفْ أَحَدًا أَنْشَطَ الى قتال فارس وحربها ومَعُونَةِ المهاجرين منهم فَقَدِمَ ٱلْمَدِينَةَ وابو بكر مريض وقد مَرِضَ ابو بكر بعد مَخْرَجِ خالد الى الشام مَرْضَتَهُ الذي مات فيه بِأَشْهُرٍ فَقَدِمَ ٱلْمُثَنَّى وَقَدْ أَشْفَى وعقد لِعُمَرَ فَأَخْبَرَهُ فقال عَلَيَّ بِعُمَرَ فَجَآءَ فقال له ٱسْمَعْ يَا عُمَرُ ما اقول لك ثم ٱعْمَلْ به إِنِّي لَأَرْجُو أَنْ أَمُوتَ من يومي هذا وذلك يوم الاثنين فَإِذَا أَنَا مُتُّ فلا تُمْسِيَنَّ حَتَّى تَنْدُبَ ٱلنَّاسَ

ejus abitum, id est anno tertio decimo, principem sibi elegerunt Schehriânum ben ardeschir ben schehriyâr, qui a Chosroe Sapore genus repetebat. Magnum exercitum hic contra El mothannam emisit, cui praeerat Hormos dschâdsuweih cum decem millibus, qui elephantum quoque secum habebat. Praesidia El mothannae scripserunt, adpropinquare Hormosum. Itaque El mothanna, El hîra profectus, obviam illi ivit, atque praesidia sibi adjunxit. Alis praefecit El moannam et Masudum, Hârethae filios. Deinde ad Babelam substitit, hosti oppositus. Quo mox accessit Hormos dschadsuweih, cujus alis praefecti erant El kerkil atque El charkîd. Ad El mothannam ille scripsit haec: „a Schehrirano haec ad El mothannam dantur. Equidem exercitum contra te emisi, ex agrestibus Persis conflatum, sunt enim hi nonnisi gallinarum ac porcorum custodes. Neque nisi his te oppugnabo.“ Cui El mothanna scripsit haec: „ab El mothanna haec ad Schehriânum dantur. Alter de duobus sis, necesse est. Aut superbus es, quod tibi damnum, utilitatem nobis adferet. Aut mendax es, prae mendacibus vero ceteris poenam et infamiam, quum a Deo, tum inter homines, accipiunt reges. Hoc autem nobis consilium tuum prodit, quod illos homines mittere coactus es. Sane laudibus Deus celebrandus est, qui vim vestram ad gallinarum ac porcorum custodes rejecit.“ Persae ex illius litteris pavorem conceperunt. Dicebant enim: „Schehriân aliquid ex iis accepit, quae ad solum ejus natale, atque originis dedecus pertinent.“ Nimirum in Meissana ille habitabat, atque regiones quaedam erant, quae incolis suis infamiam inferre putabantur. Atque dixerunt illi: „hostes iis, quae scripsisti, in nos incitasti; si ad aliquem amicorum litteras dedisti, tum lacture!“ Itaque ad Babelam inter se concurrerunt. Proelium acre ibi editum est in ripa Essaratae inferioris, ad viam primam. El mothanna, aliique nonnulli Moslemi, in elephantum, qui ordines turmasque disjiciebat, invaserunt, qui mox vulnere mortifero ictus cecidit. Tum Moslemi Persis in fugam converterunt, magnamque stragem edentes, illos insequuti sunt, quoad ultra eorum praesidia eos pepulerunt. In quibus quidem substiterunt, insectatores vero profugos ad El madâinum prosequuti sunt. In quam rem Abda ben ettabib Saaditi versiculos composuit. Domo emigraverat, quoniam quaedam ejus amica discesserat, atque interfuit proelio ad Babelam. Postea quam vero illa ad ejus consuetudinem redierat, in desertum reversus, dixit:

1 Unum vinculum Olwae post discidium nectum?
An procul morans beca aversa es?

2 Sunt amicis dies, qui illos in memoriam revocant,
Atque etiam discessus jam ante diem discedit cogitatum.

3. Consedit Chowella apud homines, quos invisi,
Ab El medâina remotos, inter quos gallus et elephas,

4 Irruunt in capita Persarum palam
Equites eorum, qui neque inermes, neque pavidi.

خالد بقليل وذلك في سنة ثلث عشرة على شهربراز بن أردشير بن شهريار ممّن ينسب الى كسرى سابور فوجّه الى المثنى جندا عظيما عليهم هرمز جاذويه في عشرة آلف ومعه فيل وكتبت المسالح الى المثنّى باقباله فخرج المثنى من الحيرة نحوه وضمّ اليه المسالح وجعل على مجنّبتيه المعنّى ومسعودا ابني حارثة وأقام له ببابل وأقبل هرمز جاذويه وعلى مجنّبتيه الكوكبذ والخركبذ وكتب الى المثنى من شهربراز الى المثنّى انّى قد بعثت اليك جندا من وحش أهل فارس انّما هم رعاة الدجاج والخنازير ولست أقاتلك الّا بهم فاجابه المثنى من المثنّى الى شهربراز انّما أنت أحد رجلين امّا باغ فذلك شرّ لك وخير لنا وامّا كاذب فأعظم الكاذبين عقوبة وفضيحة عند الله وعند الناس الملوك وأمّا الذى يدلّنا على الرأى فانّكم انّما اضطررتم اليهم فالحمد لله الذى ردّ كيدكم الى رعاة الدجاج والخنازير فجزع لها أهل فارس من كتابه وقالوا انّما أتي شهربراز من مولده ولؤم منشاه وكان يسكن ميسان وبعض البلدان شين على من يسكنه وقالوا له جرّأت علينا عدوّنا بالذى كتبت به اليهم فاذا كاتبت أحدا فاستشر فالتقوا ببابل فاقتتلوا بعدوة الصراة الدنيا على الطريق الاوّل قتالا شديدا ثمّ انّ المثنّى وناسا من المسلمين اعتوروا الفيل وقد كان يفرّق بين الصفوف والكراديس فأصابوا مقتله فقتلوه وهزموا أهل فارس واتّبعهم المسلمون يقتلونهم حتى جازوا بهم مسالحهم فأقاموا فيها وتتبّع الطلب الفالّة حتى انتهوا الى المدائن وفى ذلك يقول عبدة بن الطبيب السعدىّ وكان عبدة قد هاجر لمهاجرة حليلة له حتى شهد وقعة بابل فلما آيسته رجع الى البادية فقال

هل حبل خولة بعد الهجر موصول | أم أنت عنها بعيد الدار مشغول

وللأحبّة أيّام تذكّرها | وللنوى قبل يوم البين تأويل

حلّت خويلة فى حىّ عهدتهم | دون المدينة فيها الديك والفيل

يقارعون رؤوس العجم ضاحية | منهم فوارس لا عزل ولا ميل

profectus, postea quam captivos Behritas eo reduxerat, ad Elmommânetân, colles duos ad Irâm sitos, consedit, inde ad El Hethebram progressus, mox ad Damascum devenit, unde ad Mardsch *essoffar deflexit. Quo loco in Gassanitas incidit, quibus praeerat El hâreth ben el aiham.* Quorum exercitu disjecto, domesticisque captis, per aliquod tempus ad El mardsch consedit. Quintam praedae partem ad Abu bekrum transmisit, legato ad eum Bilâlo ben el hâreth Mosenita. Deinde ex El mardsch profectus, ad canalem Bosrae consedit, quae prima urbs fuit, quam in Syria cepit Châled cum exercitu Irakensi. Inde profectus, ad Moslemos pervenit, ad El wakussam constitutos, atque apud eos cum novem millibus consedit.

Haec ad me scripsit Essarri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, cui haec narraverant Mohammed, Talcha atque El mohalleb. Qui dixerunt: Châled simul ut ex itinere sacro reversus est, litterae Abu bekri ad eum perlatae sunt, quae cum dimidio exercitu iter ingredi eum jubebant, dimidio vero praeficere El mothannam ben hâretha. Addebat Abu bekr: „noli robur tecum sumere, nisi robore ei relicto, simul ut vero Deus, quae speratis, vobis largitus erit, cum militibus in El irâkam redi, et provinciam tuam administra." Itaque Chaled familiares prophetae, cui bene dicat Deus, coegit, eosque sibi soli adsignavit, El mothannae vero cohortes hominum modestorum tribuit, qui familiaritatem cum propheta non inierant. Deinde eos, qui reliqui erant, inspexit, ex quibus eos sibi sumsit, qui prophetam adierant, cui Deus bene dicat, legati, aut non legati. El mothannae vero etiam ex his cohortes hominum modestorum tribuit. Reliquum agmen aequaliter in duas partes divisit. Tum vero El mothanna: „hic, per Deum, non manebo, nisi, quae jussit Abu bekr, plene efficiantur, ita ut dimidiam partem familiarium prophetae tecum abducas, dimidiam vero, aut nonnullos saltem ex ea, relinquas. Nam, per Deum, victoriam non spero, nisi ab his. Tu vero me prorsus iis spolias." Quo cognito, Châled, posteaquam aliquantum tergiversatus erat, ut illorum abitum compensaret, El mothannae nonnullos homines cessit, quibus acquievit El mothanna. Fuerunt autem ex his, quos in compensationem ei cessit, *Forât ben hajjan Idschlita, Beschir ben el chassâssijje, et El hâreth ben* hassân, Dsohlitae, Mabed ben omm mabed Aslamita, Abd alla ben abi aufa Aslamita, El hâreth ben bilâl Mosenita, Assem ben amr Temimita. Sic quum his acquievisset El mothanna, et, quae voluerat, obtinuisset, abitum paravit Châled, ac mox iter ingressus est. El mothanna ad Korakerum eum comitatus est, deinde mense El moharramo El hiram reversus, provinciae suae praefuit. Praesidio, quod ipse antea ad fluvium Essib occupaverat, fratrem praefecit: in locum Derari ben el chattâb sufficit Otejbam ben ennahhâs, in locum Derâri ben el aswar Masudum, fratrem suum alterum. In locos singulorum ducum, qui abierant, viros substituit, qui illis pares erant, ex hominibus idoneis sumtos. Etiam Medsuurum ben adi in certum aliquem locum constituit. Tum Persae, novo anno, postea quam Châled El hiram venerat, incepto, et quidem paulo post

العراق فسار بينهم وبين اليرموك فنفذ لهم فخرج من سوى بعد ما رجع اليها بسبي بهراء فنزل الرمّانتين علمين على الطريق ثم نزل الكثب حتى صار الى دمشق ثم مرج الصفّر فلقى عليه غسّان وعليهم الحارث بن الأيهم فانتسف عسكرهم وعيالاتهم ونزل بالمرج أيّاما وبعث الى ابى بكر بالأخماس مع بلال بن الحارث المزنىّ ثم خرج من المرج حتى نزل قناة بصرى فكانت أوّل مدينة افتتحت بالشام على يدى خالد فيمن معه من جنود العراق فخرج منها فوافى المسلمين بالواقوصة فنازلهم فى تسعة آلاف

كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن محمّد وطلحة والمهلّب قالوا ولمّا رجع خالد من حجّه وافاه كتاب ابى بكر بالخروج فى شطر الناس وأن يخلّف على النصف الباقى المثنّى بن حارثة وقال لا تأخذنّ نجدا الّا خلّفت له نجدا فاذا فتح الله عليكم فارددهم الى العراق وانت معهم ثم انت على عملك وأحضر خالد أصحاب النبىّ صلّى الله عليه واستأثر بها على المثنّى وترك للمثنّى أعدادهم من أهل القناعة ممّن لم يكن له صحبة ثم نظر فيمن بقى فاختلج من كان قدم على النبىّ صلّى الله عليه وافدا وترك للمثنّى أعدادهم من أهل القناعة ثم قسم الجند نصفين فقال المثنّى والله لا أقيم الا على انفاذ أمر ابى بكر كلّه فى استصحاب نصف الصحابة وابقاء النصف أو بعض النصف وبالله ما أرجو النصر الا بهم فأنّى تعرّينى منهم فلما رأى ذلك خالد بعد ما تلكّأ عليه أعاضه منهم حتى رضى وكان فيمن أعاضه منهم فرات بن حيّان العجلى وبشير بن الخصاصية والحارث بن حسّان الذهليّان ومعبد بن أمّ معبد الأسلمىّ وعبد الله بن ابى أوفى الأسلمىّ والحارث بن بلال المزنىّ وعاصم بن عمرو التميمىّ حتى اذا رضى المثنّى وأخذ حاجته انجذب خالد فمضى لوجهه وشيّعه المثنّى الى قراقر ثم رجع الى الحيرة فى المحرّم فأقام فى سلطانه ووضع فى المسلحة التى كان فيها على السيب أخاه ومكان ضرار بن الخطّاب عتيبة بن النهّاس ومكان ضرار بن الأزور مسعودا أخاه الآخر وسدّ أماكن كلّ من خرج من الامرا برجال أمثالهم من أهل الغناء ووضع مذعور بن عدىّ فى بعض تلك الاماكن واستعمل أهل فارس على رأس سنة من مقدم خالد الحيرة بعد خروج

illarum camelarum dissecuerunt, atque, quod in earum ventriculis repperierunt, lacte mixtum, bibendum dederunt equis. Homines haustum unum biberunt, iter persequuturi. Quod fecerunt per dies quatuor.

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd alla ben mohammed ea compererat, cui a Mochfer ben thaalaba tradita fuerant, qui a quibusdam hominibus, qui tribu Bekr ben wajel orti erant, ea cognoverat. Mochriz ben horaisch Mochârebita dixit Châledo: „luciferum ad dextram pone, deinde recta ad eum tende, via, quae ad Suwam fert, procedens.“ Prae caeteris ille viae peritus erat. Dicit Abu dschafer Taberistanensis consentiunt cum illis Mohammed et Talcha. Dicunt autem illi haec: Châled, quum ad Suwam consedisset, metusque esse coepisset, ne milites aestu conficerentur, ad viae ducem alta voce clamavit: „quid nuntiandum habes?“ Cui Râfe: „sane bona, error vester finitus est, ad aquam pervenistis.“ Sic animum eorum confirmavit, quamquam ipse conturbatus erat, atque ex oculis laborabat. Deinde Râfe: „o homines, binos colles circumspicite, binis mammis similes.“ Ad quos quum pervenissent, illi: „en binos colles!“ Tum ad colles constitit Râfe, dixitque: „ad dextram et ad sinistram rhamnum quaerite, quae magnitudine sessionem hominis fere referat.“ Mox, radice rhamni reperta, clamant: „radicem habemus, sed arborem nullam cernimus.“ Râfe vero: „fodite jam ubicunque velitis.“ Quo facto, et stillantes aquas inde eduxerunt, et sitientes. Tum Râfe Châledo: „o princeps, hunc fontem, per Deum, per hos triginta annos non adieram, neque antea, nisi semel, cum alterum, quum puer essem, cum patre.“ Deinde, omnibus rebus paratis, in hostes incurrerunt, qui, agmen ad se tendere, prorsus non putabant. Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Amr ben mohammed ea compererat, cui ab Ishâk ben ibrahim narrata fuerant, qui a Dafr ben dehi ea cognoverat. Qui dixit: Châled, e Suwa profectus, cum nobis in Modajjecham Behritarum incurrit, fontem quendam, qui prope El Kosswamam exstat. Multo mane supervenit El modajjechae, et Essomeilo, securitate infectis. Coetum ibi repperierunt primâ luce potantium, quorum pincerna canebat haec:

Heus [illegible]

Tum, cervice ei secta, ejus sanguis vino immixtus est.

Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, cui ea narraverat Amr ben mohammed, auctoribus usus supra commemoratis. Qui dixit: Gassanitae ubi certiores facti sunt, in Suwam Châledum irrupisse, eamque diripuisse, atque inde in Modajjecham Behritarum cum invasisse, eamque diripuisse, ad Mardsch rahet coierunt. Quo comperto, Châled, qui stationes Graecorum agminaque in confiniis El irâkae constituta a tergo reliquerat, et jam inter ea et Jarmukum intercesserat, recta ad Gassânitas tetendit. E Suwa

تلك الإبل فمرخوا ما في كروشها مما كان من الألبان ثم سقوا الخيل وشربوا للشفة جرعا ففعلوا ذلك أربعة أيام

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن عبد الله بن محمد عن محمد بن ثعلبة عمّن حدّثه من بكر بن وائل أنّ محرز بن حريش المحاربيّ قال لخالد اجعل كوكب الصبح على حاجبك الأيمن ثم أمّه تفض الى سوى فكان أدلّهم قال أبو جعفر الطبريّ وشاركهم محمد وطلحة قالوا لما نزل بسوى وخشي أن يفضحهم حرّ الشمس نادى خالد رافعا صوته ما عندك قال رافع خير أدركتم الريّ وانتم على الماء وشجّعهم وهو متحيّر أرمد وقال يا ايها الناس انظروا علمين كأنّهما ثديان فأتوا عليهما وقالوا علمان فقام عليهما فقال اضربوا يمنة ويسرة بعوسجة كقعدة الرجل فوجدوا جذمها فقالوا جذم ولا نرى شجرة فقال احتفروا حيث شئتم فاستثاروا أوشالا وأحساء رواء فقال رافع أيّها الأمير والله ما وردت هذا الماء منذ ثلاثين سنة وما وردته الّا مرّة وانا غلام مع أبي فاستعدّوا ثم أغاروا على القوم وهم لا يرون أنّ جيشا يقطع اليهم ✩ كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن عمرو بن محمد عن اسحق بن ابرهيم عن ظفر بن دهيّ قال فأغار بنا خالد من سوى على مصيّخ بهراء بالقصوانى ماء من المياه فصبّح المصيّخ والنمر وإنّهم لغارّون وإنّ رفقة لتشرب في وجه الصبح وساقيهم يغنّيهم ويقول

ألا صبّحاني قبل جيش أبي بكر

فضربت عنقه فاختلط دمه بخمره

كتب إليّ السريّ عن شعيب عن سيف عن عمرو بن محمد بإسناده الذي تقدّم ذكره قال ولما بلغ غسّان خروج خالد على سوى وانتسافها وغارته على مصيّخ بهراء وانتسافها اجتمعوا بمرج راهط ولما بلغ ذلك خالدا وقد خلّف ثغور الروم وجنودها ممّا يلي

castra posuerunt. Dicebant: „per Deum! ipsum Abu bekrum, quoniam equites suos in terram nostram immisit, jam conficiemus." De quibus rebus Abu bekrum quum certiorem fecisset Châled, Amro ben el âss, qui tunc in finibus Kodâitarum commorabatur, Abu bekr scripsit, ut ad Jarmûkum contenderet. Quod ille fecit. Deinde Abu bekr Abu obeidam ben el dscherrâch et Jesîdum ben abi sofjân eo emisit, et in hostes incurrere eos jussit; „sed nolite, inquit, longius procedere, ne a tergo aliquis hostis vos petat." Paulo post quum Schorachbil ben hassana ad Abu bekrum venisset, et victoriam quandam, a Châledo modo reportatam, nuntiaret, Abu bekr eum cum agmine in Syriam misit. Singulis his exercitus ducibus certam quandam Syriae provinciam adsignavit. Itaque illi ibi consederunt, pleno numero adgressi. Adventu Moslemorum comperto, Graecos eorum poenituit, quae sparserant, atque obliti sunt minarum, quibus Abu bekrum insequuti erant. In sollicitudinem adducti sunt cogitatione multa, ita ut et inficerent languore, et languerent ipsi. Denique ad El wâkûssam castra posuerunt. Abu bekr vero: „per Deum! inquit, efficiam, ut insusurrationum satanae obliviscantur Graeci, misso Châledo ben el walid." Igitur ad Châledum litteras illas dedit, quas ante hanc narrationem retulimus, eique praecepit, ut vicarium in El irâka relinqueret El mothannam ben hâretha cum dimidio exercitu; „simul ut vero, addit, Syriam in Moslemorum potestatem redegerit Deus, in provinciam tuam Irâkensem redi." Itaque Châled quintam praedae partem, exceptis iis, quae pro manubiis dederat, ad Abu bekrum transmisit, legato ad eum Omeiro ben sand Anssârita, seque in Syriam profecturum esse, significavit. Deinde viae duces advocavit, atque, El hira relicta, ad Dumâm contendit. Inde, in desertum ingressus, ad Korâkerum tetendit. Ibi: „quid me juvat, inquit, via, qua incedens, in tergum hostium incidam? nam si in eos invadam, me Moslemis auxilium ferre prohibebunt." Milites vero: „viam Châled non novit, nisi quae agmina non ferat, quin singulum hominem, camelo vectum, absumat. Cave jam, ne Moslemos in discrimen adducas." Châled in incepto perstitit, etsi nullus ei adsentiret, nisi Râfe ben amîra, acerbis minis commotus. Surrexit igitur Châled, atque: „cavetote, iis inquit, ne fides vestra immutetur, neve persuasio vestra debilitetur. Auxilium divinum, mementote, ex ratione studii praestari, ac praemium ex ratione virtutis. Neque Moslemum decere, ullam rem, in quam incidat, expavescere, siquidem auxilium ei praestet Deus." Tum milites: „sane homo es, quem felicitate cumulavit Deus; rem tuam age!" Sic ei adsentientes, idem consilium, quod Châled inierat, ipsi susceperunt. Ad iter quinque dierum potum pararunt; Châled enim singulis arcarum dominis aquam, quae opus erat, imperavit. Atque unusquisque ducum tot camelis annosis, magnisque, quot sibi opus essent, sitim fecit; deinde potum iis praebuit, et primum, et alterum. Aures earum constrinxerunt, atque ora obligarunt; terga vacua reliquerunt. Deinde e Korâkero profecti, desertum transierunt, ad Suwam versi, quae in altera deserti ora sita est, quae ad Syriam pertinet. Unius diei itinere confecto, singulae turmae decem

به وقالوا وَٱللّٰه لَيَشْغَلَنَّ أَبَا بَكْرٍ بِنَفْسِهِ عن تَوَرُّدِ بِلَادِنَا بِخُيُولِهِ وَكَتَبَ خَالِدٌ الى ابى بكر بالذى كان فَكَتَبَ ابو بكر الى عمرو بن العاص وكان فى بِلَادِ قُضَاعَةَ بِالسَّيْرِ الى اليرموك فَفَعَلَ وَبَعَثَ ابا عبيدة بن الجرّاح وَيَزِيدَ بْنَ أَبِي سُفْيَانَ وَأَمَرَ كلّ واحد منهم بالغارة ولا يوغلوا حتى لا يكون وَرَآءَكُمْ أَحَدٌ من عَدُوِّكُمْ وَقَدِمَ عليه شرحبيل بن حَسَنَةَ بفتح من فتوح خالد فَسَرَّحَهُ نَحْوَ ٱلشَّامِ فى جُنْدٍ وَسَمَّى كُلَّ رَجُلٍ من أُمَرَآءِ الاجناد لِكُورَةٍ من كُوَرِ الشام فَنَزَلُوا وَتَوَافَوْا ولما رَأَتِ ٱلرُّومُ تَوَافِيَهُمْ نَدِمُوا على الذى ظَهَرَ منهم وَنَسُوا الذى كانوا يَتَوَعَّدُونَ به ابا بكر وَٱهْتَمُّوا وَهَمَّتْهُمْ أَنْفُسُهُمْ وَأَشْجَوْا وَشُجُوا ثم نزلوا ٱلْوَاقُوصَةَ وقال ابو بكر وَٱللّٰهِ لَأُنْسِيَنَّ ٱلرُّومَ وَسَاوِسَ الشيطان بخالد بن الوليد وكتب اليه بهذا الكتاب الذى فوق هذا الحديث وَأَمَرَهُ أَنْ يَسْتَخْلِفَ ٱلْمُثَنَّى بن حارثة على العراق فى نصف الناس فاذا فَتَحَ ٱللّٰهُ على المسلمين ٱلشَّامَ فَٱرْجِعْ الى عَمَلِكَ بالعراق ✿ وبعث خَالِدٌ بِٱلْأَخْمَاسِ إِلَّا ما نُفِّلَ منها مع عُمَيْرِ بْنِ سَعْدٍ ٱلْأَنْصَارِيِّ وَبِمَسِيرِهِ الى الشام ودعا خالد ٱلْأَدِلَّةَ وارتحل من الحيرة سَائِرًا الى دُومَةَ ثم طَعَنَ فى ٱلْبَرِّ الى قُرَاقِرَ ثم قال كَيْفَ لى بِطَرِيقٍ أَخْرُجُ منه من وَرَآءِ جموع الروم فانّى إِنِ ٱسْتَقْبَلْتُهَا حَبَسَتْنِي عن غِيَاثِ المسلمين فكلّهم قال لا نَعْرِفُ إِلَّا طريقا لا يَحْمِلُ ٱلْجُيُوشَ يَأْخُذُهُ ٱلْفَذُّ ٱلرَّاكِبُ فَإِيَّاكَ أَنْ تُغَرِّرَ بالمسلمين فَعَزَمَ عليه ولم يُجِبْهُ الى ذلك إِلَّا رَافِعُ بْنُ عَمِيرَةَ على تَهَيُّبٍ شَدِيدٍ فقام فيهم فقال لا تَخْتَلِفَنَّ هَدْيُكُمْ ولا يَضْعُفَنَّ يَقِينُكُمْ وَٱعْلَمُوا أَنَّ ٱلْمَعُونَةَ تَأْتِي على قَدْرِ ٱلنِّيَّةِ وَٱلْأَجْرُ على قَدْرِ ٱلْحِسْبَةِ وَأَنَّ ٱلْمُسْلِمَ لا يَنْبَغِي لَهُ أَنْ يَكْتَرِثَ بِشَيْءٍ يَقَعُ فيه مع مَعُونَةِ الله له فقالوا له أَنْتَ رجل قد جَمَعَ الله لك ٱلْخَيْرَ فَشَأْنَكَ فطابقوه وَنَوَوْا وَٱحْتَسَبُوا مثل الذى ٱسْتَقَى خالد فَتَزَوَّدُوا لِلشَّفَةِ لِخِمْسٍ وَأَمَرَ صَاحِبَ كُلِّ خَيْلٍ بِقَدْرِ ما يُسْقِيهَا ظِمْأً كُلُّ قَائِدٍ من ٱلْإِبِلِ ٱلشُّرُفِ ٱلْجِلَالِ ما يَكْتَفِي به ثم سَقَوْهَا ٱلْعَلَلَ بعد ٱلنَّهَلِ ثم صَرُّوا آذَانَ ٱلْإِبِلِ وَكَعَمُوهَا وَحَلُّوا أَدْبَارَهَا ثم رَكِبُوا من قُرَاقِرَ مُفَوِّزِينَ الى سُوًى وهى على جانبها ٱلْآخَرِ مِمَّا يَلِي ٱلشَّامَ فلما ساروا يوما ٱفْتَظُّوا لِكُلِّ عِدَّةٍ من الخيل عَشْرًا من

constitutum, cui Rebîa ben bodschen Taglebita praeerat, quo disjecto, captivos et spolia inde abduxit. El Korakero ad Suwam profectus, in Suwenses incurrit, eorumque bona abstulit. Interfecit etiam Horkussum ben ennoomân Behritam. Inde ad Uriul pervexit, cujus incolae cum eo pacificati sunt. Quum ad Tadmoram pervenisset, incolae primo urbem communire coeperunt, mox vero cum eo pacificati sunt. Inde ad El kaijatin progressus, bellum iis intulit, eosque profligavit, praedamque abstulit. Quo confecto ad Mardsch râhet contendit, atque die paschae supervenit Gassanitis, quibus fusis, captivos abduxit. Bischrum ben artit et Habibum ben maslama in El gamram emisit, qui, Kenissam profecti, viros mulieresque captivos abduxerunt, liberos vero ad Châledum abegerunt. Dicit ille ad Chaledum, quum ex itinere sacro El hiram reversus esset, hae literae perlatae sunt, ab Abu bekro datae: „perge ad agmina Moslemorum prope Jarmûkum constituta, quae languent, et languore inficiunt. Sed cave, ne iterum facias, quae fecisti. Jam enim, moderante Deo, languor tuus militibus languorem non injecit, neque a militibus languorem depulit depulsio tua. Macte virtute, o Abu soleiman, esto, et gloria! Promoveres, tum eas tibi promovebit Deus. Fastum adsumere noli, ne rem male geras, ab ope destitutus. Cave quoque, ne vilem te geras. Celebrandus laudandusque Deus enim benevolentiam praestat, et praemia reddit." Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd el melik ben athâ ben el kâssem Bekkarti ea comperierat. Qui dixit: homines Kufenses, qui proeliis interfuerant, nimis aliquando Moâwijam insequuti dixerunt: „quid sibi vult Moâwija? nos quidem proelio catenarum interfuimus," atque deinde in omnia proelia, quae a proelio catenarum ad occupatam El firâdam commissa sunt, nominatim persequuti sunt. Sed quaecunque postea commissa sunt, ea non commemoraverunt, despicientes quidem quae postea et quae antea gesta erant.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Amr ben mohammed ea comperierat, cui ab Ishâk ben ibrahim narrata fuerant, qui a Dafi ben dehi et Mohammed ben abd alla ea cognoverat, quibus ab Abu othman et Talcha tradita fuerant, qui ex El mogira et El mohalleb ben okba ea audiverant, quibus ea tradiderat Abd erraehman ben sijah Achmarita. Qui dixit: Abu bekr, quum Châledum ben el walid in El irâkam emitteret, Châledum ben said ben el âss in Syriam jam miserat, eique eadem, quae illi, praeceperat. Itaque Châled ben said, iter ingressus, in Syria consedit. In hostes quamdiu non irrupit, praepotens iis visus est, unde factum ut formidantes eum Graeci recederent. Deinde vero Châled, mandatis Abu bekri spretis, gradatim ad Graecos contendit. Qui, fugam simulantes, ad Soffaram eum protraxerunt. Quo loco securum eum aggressi sunt. In ejus filium, Saidum ben châled, inciderunt, pluvia vexatum, eumque, ejusque milites ceciderunt. Qua re cognita, Châled fugam cepit ad desertum versus, ibique in quadam statione consedit. Graeci deinde ad Jarmukum coeuntes, eo loco

عليهم رَبيعةُ بْنُ بُجَيْرٍ ٱلتَّغْلَبِىُّ فهَزَمَهُمْ وَسَبَى وَغَنِمَ وسار من فِرَاض الى سُوَى فاغار على اهل سُوَى واكتسح اموالهم وقتل حُرْقُوصَ بْنَ ٱلنُّعْمَانِ ٱلْبَهْرَانِىَّ ثم أَتَى أَرَكَ فصالحوه ثم أَتَى تَدْمُرَ فتحصّنوا ثم صالحوه ثم أَتَى ٱلْقَرْيَتَيْنِ فقاتلهم فظفر بهم وغنم وَأَتَى مَرْجَ رَاهِطٍ فاغار على غسّانَ فى يوم فِصْحِهِمْ فقتل وَسَبَى وَوَجَّهَ بُسْرَ بْنَ أَبِى أَرْطَاةَ وَحبيبَ بن مَسْلَمَةَ الى ٱلْغُوطَةِ فَأَتَوْا كَنِيسَةً فَسَبَوُا الرجال وَٱلنِّسَآءَ وساقوا ٱلْعِيَالَ الى خالد ❊ قَالَ وَوَافَى خَالِدًا كِتَابُ ابى بكر بالحيرة مُنْصَرَفَهُ من حَجِّهِ يَأْمُرُهُ أَنْ يسير حتى يَأْتِىَ جُمُوعَ المسلمين باليرموك فَإِنَّهُمْ قد شَجُوا وَأَشْجَوْا وَإِيَّاكَ أَنْ تَعُودَ لِمِثْلِ ما فعلت فإنّه لم يُشْجِ ٱلْجُمُوعَ من الناس بِعَوْنِ الله شَجْيُكَ ولم يَنْزِعِ ٱلشَّجَى من الناس نَزْعُكَ فَلْيَهْنِئْكَ أَبَا سُلَيْمَانَ ٱلنِّيَّةُ وَٱلْحُظْوَةُ فَأَتْمِمْ يُتْمِمِ ٱللَّهُ لَكَ ولا يَدْخُلَنَّكَ عُجْبٌ فَتَخْسَرَ وَتُخْذَلَ وَإِيَّاكَ أَنْ تُدِلَّ بِعَمَلٍ فَإِنَّ ٱللَّهَ عَزَّ وَجَلَّ لَهُ ٱلْمَنُّ وَهُوَ وَلِىُّ ٱلْجَزَآءِ ❊ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شُعَيْبٍ عن سيف عن عبد الملك بن عَطَآءِ بن ٱلْقَسِمِ ٱلْبَكَّائِىِّ قال كان أَفْضَلُ ٱلْأَقْسَامِ من اهل الكوفة يُوعَدُونَ مَعُونَةً ويقولون ما سَآءَ مَعُونَةً نَحْنُ أَصْحَابُ ذَاتِ ٱلسَّلَاسِلِ وَيُسَمُّونَ ما بينها وبين ٱلْفِرَاضِ ما يذكرون ما كان بَعْدُ احْتِقَارًا لِمَا كان بَعْدُ وما كان قَبْلُ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن عَمْرِو بن مُحَمَّد عن إِسْحَقَ بن إِبْرٰهِيمَ عن ظَفَرِ بْنِ دَهِىٍّ ومحمّد بن عبد الله عن ابى عثمان وَطَلْحَةَ عن المغيرة وَٱلْمُهَلَّبِ بْنِ عُقْبَةَ عن عبد الرحمن بن سِيَاهٍ ٱلْأَحْمَرِىِّ قال كان ابو بكر قد وَجَّهَ خالدَ بن سعيد بْنِ ٱلْعَاصِ الى الشام حيثُ وجّه خالدَ بن الوليد الى العراق وَأَوْصَاهُ بمثل الذى أَوْصَى به خالدا وَإِنَّ خالدَ بْنَ سَعِيدٍ سار حتى نزل ٱلشَّأْمَ ولم يَقْتَحِمْ وَعَزَّ فَهَابَتْهُ ٱلرُّومُ فَأَحْجَمُوا عنه فلم يَصْبِرْ على أَمْرِ ابى بكر وَلٰكِنْ تَوَرَّدَهَا فَٱسْتَطْرَدَتْ له ٱلرُّومُ حتى اذا أَوْرَدُوهُ ٱلصُّفَّرَ ثم تَعَطَّفُوا عليه بعد ما أَمِنَ فوافقوا ٱبْنَهُ سعيد بن خالد مُسْتَمْطِرًا فقتلوه هو وَمَنْ معه وَأَتَى ٱلْخَبَرُ خالدا فخرج هَارِبًا حتى يَأْتِىَ ٱلْجَيْشَ فنزل منزلا واجتمعت الروم الى ٱلْيَرْمُوكِ فنزلوا

Graeci vero ad clivum Dschillikensem, in excelsiori Palaestina situm, castra posuerunt, septuaginta millia erant, quibus Tedârik praeerat, Heraclii frater, iisdem atque ille parentibus procreatus. Itaque Amr ben el âss, litteris ad Abu bekrum datis, de rebus Graecorum certiorem eum fecit, ac subsidia flagitavit. Châled ben saîd ben el âss vero, qui ad Mardsch essoffar, locum intra fines Syriae situm, consederat, die pluvio iter ingressus est. Pluvia vexatum barbari Graeci adorti sunt, et profligarunt. Eo tempore vero ad Abu bekrum litteras jam dederat Amr ben el âss, quibus res Graecorum illi exposuerat, et subsidia flagitaverat.

Dicit Abu dschafar. Abu seid vero haec mihi narravit, quae ei tradiderat Ali ben mohammed, auctoribus hominibus a me supra commemoratis. Abu bekr, cujus misereatur Deus, paucis post diebus, quam Jesid ben abi sofjân in Syriam profectus erat, eo etiam Schorachbilum ben hassana emisit. Dicit idem. Is quidem est Schorachbil ben abd alla ben el mota ben amr ben kinda. Sed alii, tribu Esd eum ortum fuisse, dicunt. Septem millia hic secum eduxit. Post eum Abu obeida ben el dscherrâch cum septem millibus emissus est. Jesid in El belkaa consedit, Schorachbil in terra Jordanensi, vel, ut alii ferunt, ad Bosram, Abu obeida ad El dschâbijam. Deinde Abu bekr subsidio illis misit Amrum ben el âss, qui ad Gamr el arabât consedit. Quibus confectis, Abu bekr populum ad bellum suscipiendum cohortatus est, quo factum est, ut multi mox homines El medînam confluerent, quos statim in Syriam misit Abu bekr. Quorum alii ad Abu obeidam se junxerunt, alii ad Jesîdum, quisque enim, quem volebat, sequebatur ducem. Dicit Abu dschafar: dixerunt illi primam pacem, quae in Syria facta est, impetravit Maab, quae tentoriis constat, neque vera urbs est. Abu obeida enim, iter prosequutus, hoc oppidum, in El belkaa situm, praeterit. Primo Abu obeidae bellum intulerunt, deinde vero pacem ab eo petierunt, quam iis concessit. Graeci vero ad El arabam, quae in Palaestina sita est, agmen coegerunt, quam ob causam Jesid ben abi sofjân contra eos Abu omâmam emisit, qui agmen illud disjecit. Dixit ille: primum proelium, quod post expeditionem Osamae in Syria factum est, ad El arabam commiserunt, unde Eddâthenam, vel ut alii dicunt, Eddâthenum, perrexerunt. Hostes Abu omâma profligavit, et quendam eorum patricium interfecit. Deinde ad Mardsch essoffar pugnatum est, ubi occubuit Châled ben saîd ben el âss. Securitate infectis enim supervenit Eddirenscha cum quatuor millibus. Tum ibi interfecti sunt Châled, et alii aliquot Moslemi. Nonnulli vero dicunt, qui in illa incursione occisus sit, filium fuisse Châledi ben saîd ben el âss. Ipse Châled vero, postquam filius occisus erat, fugam cepit. Tum Abu bekr ducem aliquem, qui ducibus in Syriam missis praeesset, eosque ad se cogeret, eo mittendum censuit. Itaque Châled cum octingentis, vel ut alii dicunt, cum quingentis hominibus ex El hira profectus est. Vicarium in provincia sua reliquit El mothannam ben hâretha. Ad Hadîdâm Châledo hostes occurrunt, quibus profligatis, Ebn husâimum ibi reliquit. Deinde in agmen hostium incidit, ad El modajjachum et El hassidam

ونزل الروم بثنية جلّق بأعلى فلسطين في سبعين ألفا عليهم تذارق أخو هرقل لأبيه وأمّه فكتب عمرو بن العاص الى ابى بكر فذكر له أمر الروم وتستمدّه وخرج خالد بن سعيد بن العاص وهو بمرج الصُّفَّر من ارض الشام في يوم مطير يستمطر فيه فتعاوز عليه أعلاج الروم فقتلوه وقد كان عمرو بن العاص كتب الى ابى بكر يذكر له أمر الروم ويستمدّه

قال أبو جعفر وأمّا أبو زيد فحدّثني عن عليّ بن محمد بالإسناد الذي قد ذكرت قبل ان أبا بكر رحمه الله وجّه بعد خروج يزيد بن ابى سفيان متوجّها الى الشام بأيّام شرحبيل بن حسنة قال وهو شرحبيل بن عبد الله بن المطاع بن عمرو من كندة ويقال من الأزد فسار في سبعة آلاف ثم ابو عبيدة بن الجرّاح في سبعة آلاف فنزل يزيد البلقاء ونزل شرحبيل الأردنّ ويقال بُصرى ونزل ابو عبيدة الجابية ثم أمدّهم بعمرو بن العاص فنزل بغمر العربات ثم رغّب الناس في الجهاد فكانوا يأتون المدينة فيوجّههم ابو بكر الى الشام فمنهم من يصير مع ابى عبيدة ومنهم من يصير مع يزيد يصير كلّ قوم مع من أحبّوا ☆ قال أبو جعفر قالوا فأوّل صلح كان بالشام مآب وهي فُسطاط ليست بمدينة مرّ ابو عبيدة بهم في طريقه وهي قرية من البلقاء فقاتلوه ثم سألوه الصلح فصالحهم واجتمع الروم جمعا بالعربة من ارض فلسطين فوجّه اليهم يزيد بن ابى سفيان أبا أمامة الباهليّ ففضّ ذلك الجمع قال فأوّل حرب كانت بالشام بعد سريّة أسامة بالعربة ثم أتوا الداثنة ويقال الداثن فهزمهم أبو أمامة الباهليّ وقتل بطريقا منهم ثم كانت مرج الصُّفَّر استشهد فيه خالد بن سعيد بن العاص أتاهم أدرجا في أربعة آلاف وهم غارّون فاستشهد خالد وعدّة من المسلمين وقيل أنّ المقتول في هذه الغزوة كان ابنًا لخالد بن سعيد بن العاص فانّ خالدا انحاز حين قتل ابنه فوجّه ابو بكر امرًا على الأمراء الذين بالشام ضمّهم اليه فشخص خالد من الحيرة في شهر ربيع الآخر سنة ثلث عشرة في ثماني مائة ويقال في خمس مائة واستخلف على عمله المثنّى بن حارثة فلقيه عدوّ بصندوداء فظفر بهم وخلّف ابن حرام ومضى جمعًا بالمصيّخ والحصيد

mihi „recte, inquit, fecisti, en leonem ex leonibus Arabum, qui quotidie unius cameli clunes cum cute devorat, et tantandem praeterea reliqui corporis partem, a quo non relinquuntur, nisi quae me alant“ Nocturnas incursiones quum ille homo in tribum faceret, in propinquo me collocabat, mihique dicebat „si quis transiens hace vel illa metro tremulo pronuntiat, is ego sum, tum pecora mecum abige“ Hoc modo apud eum tempus transegi, donec denique gregem ovium mihi donavit, quem ad meos deduxi Prima haec pecora fuerunt, quae nactus sum Deinde gentis meae princeps factus, quam viri Arabes obtinent, dignitatem consequutus sum Quum igitur viae dux ad fontem illum nos deduxisset, eum recognovi Itaque de illius hominis filiis sciscitatus sum, sed eos non noverant Dixerunt mihi vero „ipse ille homo adhuc vivit“ Deinde filios illius quosdam ad me adduxerunt, quos procreaverat, postquam ab eo abieram Quibus quum rem meam exposuissem „cras, inquiunt, ad nos redi, tum enim purissimum eum habebis“ Igitur postridie ad eos perrexi, ac mox in illius senis domum introductus sum Senex, e conclavi suo eductus, consedit Tum adeo res meas ei commemoravi, ut denique earum recordaretur Attente auscultabat, et commovebatur iis, quae narrabam, eaque ipse ex me sciscitabatur Sic diu colloquuti, pueris illorum molesti facti sumus Hi igitur senem illum rebus nonnullis, quas metuebat, terrere coeperunt, ut in conclave rediret Quod bene percipiens ille „prorsus non timebam,“ inquit Atque ego „ita vero“ Tum munus ipsi obtuli, singulisque ejus familiaribus dona dedi Quo confecto abii Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Abu said Makburensi ea cognoverat Qui dixit Merwân ben el hakem dixit Kabâtho „utrum tu grandior, an legatus Dei, cui bene dicat Deus, faveatque?“ Cui Kabâth „grandior quidem legatus Dei, sed major natu ego“ Tum ille „quae sunt antiquissima, quorum meministi?“ Respondit Kabath „procubuisse elephantum ante annum“ Ille vero „quid est mirabilissimum eorum, quae vidisti?“ Cui Kabâth „homo quidam Kodâita Nempe quum adolevissem, et prudentiam nonnullam adeptus essem, sciscitatus sum, cujus esset homo, apud quem commoratus, nonnulla inaudiscerer Tum illum hominem mihi indicarunt“ Atque totam subinde illam historiam narravit

Haec nobis tradidit Ebn homeid, qui dixit nobis ea tradidit Salama, qui ex Ebn Ishâk ea compererat, cui a Salech ben keisân narrata fuerant Abu bekr, cujus misereatur Deus, quum agmen iter ingrederetur, ipse cum Jesido ben abi sofjân ex urbe egressus, mandata sua ei exposuit Pedes incedebat Abu bekr, Jesid vero equo vehebatur Mandatis expositis, Abu bekr illi „salutem tibi precor, inquit, teque Deo commendo,“ deinde domum rediit Jesid vero, iter prosequutus, terram Tebukensem intravit Mox eum subsequutus est Schorachbil ben hassana, atque deinde Abu obeida ben el dscherrâch, ut utrique subsidium ferret, cum cohortibus quatuor Eadem via hi incesserunt Amr ben el âss iter iter ingressus, castra posuit ad Gamr el arabat

e Mobasscher, Sahl et Abu othmân ea comperorat, quibus ea tradiderant Châled, Obâde et Abu hâretha. Qui dixerunt: omnes copias ad Syriam adduxerunt duces, dum militibus ibi praesidio erat Ikrima. Quod ubi compererunt Graeci, ad Heraclium litteras dederunt. Qui iter ingressus, Hims̨sae consedit, agminaque plura contra Arabes expedivit, exercitusque disposuit; alios enim Arabum ab aliis abstrahere volebat, magnitudine exercitus, et militum abundantia adjutus. Itaque contra Amrum emisit Tedârikum, fratrem suum, iisdem parentibus procreatum, qui cum nonaginta millibus ad Arabes tetendit. Atque aliud agmen huic submisit, quod eum sequebatur; cujus dux ad clivum Dschillikensem, qui in excelsiori Palaestina situs est, consedit. Contra Jesîdem ben abî sofjân emisit Dscheredscham ben nodara; qui e regione illius castra posuit. Emisit etiam Edderâkissum; qui obviam ivit Schorachbîlo ben hassana. Contra Abu obeidam emisit El kaikârum ben nestus cum sexaginta millibus. Qui duces timorem injecerunt Moslemis. Nam omnes Moslemorum copiae armatorum nonnisi unum et viginti millia erant, praeter agmen Ikrimae; quod sex millium erat. Itaque Moslemi, litteris legatisque ad Amrum missis, ab eo quaesiverunt: „quid jam agendum est?" Quibus ille et per litteras, et per legatos, respondit: „hoc agendum est, ut in unum locum coeamus. Juncti enim paucitate non succumbimus ulli; si vero dispergamur, nemo nostrum tot homines secum habebit, ut ullum occurrentem profligare possit. Nam contra singula agmina nostra exercitus ille emisit." Itaque, ut ad Iarmûkum coirent, constituerunt. Etiam Abu bekro eadem, quae Amro, scripserant; qui, litteris missis, eadem quae Amr iis praecepit: „coite, ut nonnisi unum agmen conficiatis, cohortibusque polytheistarum Moslemorum cohortem objicite. Vos enim adjutores Dei estis; Deus vero iis succurrit, qui ipsi succurrunt, destituitque eos, qui ipsum contemnunt. Haud propter paucitatem profligabimini; quia decem millia nonnisi propter peccata profligantur. Itaque peccata cavete, et ad Jarmûkum coite, sed ita tamen distincti, ut ad suos quisque vestrum se jungat." Quae quum comperisset Heraclius, patriciis suis scripsit haec: „contra illos coite, et castra Graecis parate, quibus cubilia et pascua ampla, exitus ad fugiendum angustus. Exercitui praesit Tedârik, primo agmini Dscheredscha, alis Bâhân et Edderâkis, pugnae Kaikâr." Dixitque: „alacres estote! subsequitur Bâhân, suppetias laturus." Iussa itaque effecturi, ad El wâkûssam castra posuerunt, quae in ripa Iarmûki sita est; quo factum est, ut amnis pro fossa iis esset. Ipse locus praeceps erat, et inaccessus. Hoc autem praesertim efficere volebant Bâhân, caeterique duces, ut consisterent Graeci, utque hi, ad Moslemos sensim adsuescentes, ex pavore reciperent animos. Moslemi vero, castris, in quae coiverant, relictis, e regione Graecorum consederunt, ita viam iis intercludentes, ut nonnisi per medios Moslemos iter Graecis pateret. Tum Amr: „o homines, inquit, alacres estote! jam obsessi sunt Graeci. Perraro vero fit, per Deum, ut obsessis res bene cedat." Sic igitur Moslemi, e regione Graecorum constituti, et viam exitumque iis intercludentes, mensem Safar anni tertii

خالد وَعُبَادَة وَأَبِي حَارِثَةَ قالوا وَأَوْعَبَ ٱلْقُوَّادُ بِٱلنَّاسِ نحو الشام وَعِكْرِمَةُ رِدْأٌ لِلنَّاسِ وَبَلَغَ ٱلرُّومَ ذلك فكتبوا الى هِرَقْلَ وَخَرَجَ هِرَقْلُ حتى ينزل بِحِمْصَ فَأَعَدَّ لهم الجنود وَعَبَّى لهم العساكر وَأَرَادَ ٱشْتِغَالَ بَعْضِهِمْ بِبَعْضٍ عَنْ بَعْضٍ لِكَثْرَةِ جُنْدِهِ وَفُضُولِ رِجَالِهِ وَأَرْسَلَ الى عَمْرٍو أَخَاهُ تَذَارِقَ لِأَبِيهِ وَأُمِّهِ فخرج نحوهم في تسعين أَلْفًا وَبَعَثَ مَنْ يَسُوقُهُمْ حتى نزل صاحب الساقة ثَنِيَّةَ جِلِّقٍ بِأَعْلَى فِلَسْطِينَ وَبَعَثَ جَرَجَةَ بْنَ تُوذَرَا نَحْوَ يزيد بن ابي سفين فَعَسْكَرَ بِإِزَآئِهِ وَبَعَثَ ٱلدَّرَاقِصَ فَٱسْتَقْبَلَ شُرَحْبِيلَ بن حسنة وَبَعَثَ ٱلْقَيْقَارَ بْنَ نَسْطُوسَ في سِتِّينَ أَلْفًا نحو ابي عبيدة فهابهم المسلمون وَجَمِيعُ فِرَقِ المسلمين واحد وعشرون أَلْفًا سِوَى عِكْرِمَةَ في سِتَّةِ آلَافٍ فَفَزِعُوا جَمِيعًا بِٱلْكُتُبِ وَبِٱلرُّسُلِ إِلَى عَمْرٍو أَنْ مَا ٱلرَّأْيُ فَكَاتَبَهُمْ وَرَاسَلَهُمْ أَنِ ٱلرَّأْيُ ٱلْاجْتِمَاعُ وَذَلِكَ أَنَّ مِثْلَنَا اذا اجتمعنا لم نُغْلَبْ من قِلَّةٍ واذا نحن تَفَرَّقْنَا لم يَبْقَ الرجل مِنَّا في عَدَدٍ يُقْرِنُ فيه لِأَحَدٍ مِمَّنِ ٱسْتَقْبَلَهُ وَأُعِدَّ لنا لكل طايفة منا جندا فَٱتَّعَدُوا ٱلْيَرْمُوكَ لِيَجْتَمِعُوا به وَقَدْ كُتِبَ الى ابي بكر بمثل ما كاتبوا به عَمْرًا فَطَلَعَ عليهم كتابه بِمِثْلِ رَأْيِ عَمْرٍو بِأَنِ ٱجْتَمِعُوا فَتَكُونُوا عَسْكَرًا وَاحِدًا وَٱلْقَوْا زُحُوفَ المشركين بِزَحْفِ المسلمين فَإِنَّكُمْ أَعْوَانُ ٱللَّهِ وَٱللَّهُ نَاصِرُ مَنْ نَصَرَهُ وَخَاذِلُ مَنْ كَفَرَهُ وَلَنْ يُؤْتَى مِثْلُكُمْ مِنْ قِلَّةٍ وَإِنَّمَا يُؤْتَى ٱلْعَشَرَةُ آلَافٍ مِنْ قِبَلِ ٱلذُّنُوبِ فَٱحْتَرِسُوا من الذنوب واجتمعوا باليرموك مُتَسَانِدِينَ وَلْيُصَلِّ كُلُّ رَجُلٍ مِنْكُمْ بِأَصْحَابِهِ وَبَلَغَ ذلك هِرَقْلَ فكتب الى بَطَارِقَتِهِ أَنِ ٱجْتَمِعُوا لهم فَٱنْزِلُوا بِٱلرُّومِ مَنْزِلًا وَاسِعَ ٱلْعَطَنِ وَاسِعَ ٱلْمَطْرَدِ ضَيِّقَ ٱلْمَهْرَبِ وعلى الناس ٱلتَّذَارِقُ وعلى ٱلْمُقَدِّمَةِ جَرَجَةُ وعلى مُجَنِّبَتَيْهِ بَاهَانُ وَٱلدَّرَاقِصُ وعلى الحرب قَيْقَارُ وقال أَبْشِرُوا فَإِنَّ بَاهَانَ في ٱلْأَثَرِ مَدَدًا لكم فَفَعَلُوا فنزلوا ٱلْوَاقُوصَةَ وهو على ضَفَّةِ اليرموك وصار الوادى خَنْدَقًا لهم وهو لِهْبٌ لا يُدْرَكُ وَإِنَّمَا أَرَادَ بَاهَانُ وَأَصْحَابُهُ أَنْ يَسْتَثْبِتَ ٱلرُّومُ وَيَأْنَسُوا بالمسلمين وَتَرْجِعَ اليهم أَفْئِدَتُهُمْ عن طِيَرَتِهَا وَٱنْتَقَلَ المسلمون عن عسكرهم الذى اجتمعوا فيه فَنَزَلُوا عليهم بِحِذَآئِهِمْ على طريقهم وَلَيْسَ لِلرُّومِ طَرِيقٌ الا عليهم فقال عمرو أَيُّهَا ٱلنَّاسُ أَبْشِرُوا حُصِرَتِ ٱلرُّومُ وَٱللَّهِ وَقَلَّ مَا جَآءَ مَحْصُورٌ بِخَيْرٍ فَأَقَامُوا بِإِزَآئِهِمْ

Ikrimam, et El walidum; denique ad Mardsch essoffar castra posuit, quae inter El wakûssam et Damascum sita est. Tum cum Bâhâni agmina circumvenerunt, viamque interceperunt inscienti. Mox ipse Bâhân contra eum prodiit, et in ejus filium, Saidum ben châled, qui extremas agminis partes septentrionem versus ducebat, incidit eumque profligavit. Quo comperto, Châled cum expedita turma fugam cepit, neque, nisi qui in equos et camelos se conjecerunt, inde evaserunt; castra enim intercepta erant. Neque Châled finem fugiendi fecit, quoad a Dsul merwa prope abfuit. Ikrima vero cum copiis suis loco quodam substitit, ut illis subsidium ferret, atque sic prohibuit, ne Bâhân ejusque agmina iterum in illos irrumperent; prope quidem a Syria substitit. Advenerat interea Schorachbîl ben hassana, qui Châledum ben el walid reliquerat, hominesque ad se evocaverat. Quem quum provinciae El walidi praefecisset Abu bekr, discedentem ipse aliquantum comitatus est, mandata sua ei exponens. Mox quum iterum nonnulli homines ad Abu bekrum confluxissent, Moâwijam his praefecit, eumque Jesido se jungere jussit. Itaque ad Jesidum profectus Moâwija, quum Châledum praeteriret, reliquos ejus milites secum abduxit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ab Heschâm ben urwa ea cognoverat, cui a patre tradita fuerant. Qui dixit: Omar ben el chattâb Châledum ben el walid et Châledum ben saîd apud Abu bekrum criminari non desiit. Quae ad Châledum ben el walid spectabant, in iis Omaro obtemperare noluit Abu bekr; dicebat enim: „gladium, quem in paganos strinxit Deus, in vaginam non recondam.“ Quae vero ad Châledum ben saîd spectabant, in iis Omaro obtemperavit, posteaquam Châled illa commiserat. Amr autem via, quae ad El mogarribam fert, processit, suaque via Abu obeida. Singulis ducibus certas Syriae urbes adsignavit Abu bekr. Cognoverat quidem, fore, ut Graeci negotia iis facesserent. Quam ob rem hoc efficere voluit, ut, quicunque in depressiora descenderent, eos jam in clivosa mitteret, et qui in clivos ascenderent, eos jam in depressiora mitteret, ne invicem sibi confiderent. Quod suspicatus erat, evenit, atque illi, quod volebat, fecerunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Amro ea compererat, cui ab Esschobio tradita fuerant. Qui dixit: quum in Dsul mervam pervenisset Châled ben saîd, et Abu bekro, quae gesta erant, nuntiata essent, scripsit Châledo: „loco tuo mane! tu enim, per vitam meam, homo ut maxime temerarius, ita fugacissimus quoque es, qui ex iis periculis, in qua jure nos non immittamus, modo effugit, quemque non leramus.“ Postea vero, quum Châledo El medînam venire permisisset Abu bekr, dixit ille: „ignosce mihi!“ Sed Abu bekr: „nugare modo, quum homo securus sis, et pusillus in bello.“ Quum ab eo abierat Châled, Abu bekr: „Ali et Omar, inquit, Châledum melius quam ego noverant; si iis obtemperassem, eum cavissem, atque amovissem.“

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui ea tradiderat Seif, qui

وَٱلْوَلِيدُ حتى يَنْزِلَ مَرْجَ ٱلصُّفَّرِ مِنْ بَيْنِ ٱلْوَاقُوصَةِ وَدِمَشْق فَٱنْطَوتْ مَسَالِحُ بَاهَانَ عليه وَأَخَذُوا عليه ٱلطُّرُقَ ولا يَشْعُرُ وَزَحَفَ له بَاهَانُ فَوَجَدَ ٱبْنَهُ سعيد بن خالد يُشَيِّمُ طَرَفَيِ ٱلنَّاسِ فَقَتَلُوهُمْ وَأَتَى ٱلْخَبَرُ خَالِدًا فخرج هاربا فى جريدة وَأَفْلَتَ مَنْ أَفْلَتَ من اصحابه على ظهور الخيل وَٱلْإِبِلِ قد أُجْهِضُوا عن عسكرهم وَلَمْ يَنْتَهِ بخالد بن سعيد ٱلْهَزِيمَةُ إِلَّا حين كان قريبا من ذِى ٱلْمَرْوَةِ وَأَقَامَ عِكْرِمَةُ فى الناس رِدْءًا لهم فَرَدَّ عنهم بَاهَانَ وَجُنُودَهُ أَنْ يَطْلُبُوهُ وَأَقَامَ من ٱلشَّأْمِ على قريب وَقَدْ قَدِمَ شُرَحْبِيلُ بْنُ حَسَنَةَ وَافِدًا من عند خالد بن الوليد فَنَدَبَ معه ٱلنَّاسَ ثم ٱسْتَعْمَلَهُ ابو بكر على عَمَلِ ٱلْوَلِيدِ وخرج معه يُوَصِّيهِ فَأَتَى شُرَحْبِيلُ على خالد فَفَصَلَ بِأَصْحَابِهِ إِلَّا ٱلْقَلِيلَ وَٱجْتَمَعَ الى ابى بكر أُنَاسٌ فَأَمَّرَ عليهم مُعَوِيَةَ وَأَمَرَهُ بِٱللَّحَاقِ بِيَزِيدَ فَخَرَجَ مُعَوِيَةُ حتى لَحِقَ بِيَزِيدَ فلما مَرَّ بِخَالِدٍ فَصَلَ بِبَقِيَّةِ أَصْحَابِهِ ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن هِشَامِ بْنِ عُرْوَةَ عن ابيه أَنَّ عُمَرَ بن الخطّاب لم يَزَلْ يُكَلِّمُ أَبَا بَكْرٍ فى خالد بن الوليد وفى خالد بن سعيد فَأَبَى أَنْ يُطِيعَهُ فى خالد بن الوليد وقال لا أَشِيمُ سَيْفًا أَسَلَّهُ ٱللَّهُ عَلَى ٱلْكُفَّارِ واطاعه فى خالد بن سعيد بعد ما فَعَلَ فَعْلَتَهُ فَأَخَذَ عَمْرٌو طَرِيقَ ٱلْمُعْرِقَةِ وَسَلَكَ ابو عُبَيْدَةَ طَرِيقَهُ وَسَمَّى لهم امصار الشام وَعَرَفَ أَنَّ ٱلرُّومَ سَتَشْغَلُهُمْ فَأَحَبَّ أَنْ يُصَعِّدَ ٱلْمُصَوِّبَ وَيُصَوِّبَ ٱلْمُصَعِّدَ لِئَلَّا يَتَوَاكَلُوا فكان كما ظَنَّ وصاروا الى ما أَحَبَّ ✿ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن عَمْرٍو عن ٱلشَّعْبِىِّ قال لَمَّا قَدِمَ خالد بن سعيد ذَا ٱلْمَرْوَةِ وَأَتَى ابا بكر ٱلْخَبَرُ كتب الى خالد أَقِمْ مَكَانَكَ فَلَعَمْرِى إِنَّكَ مِقْدَامٌ مِحْجَامٌ نَجَّا مِنَ ٱلْغَمَرَاتِ لا تَخُوضُهَا الى حَقٍّ ولا تَصْبِرُ عليه وَلَمَّا كان بَعْدُ وَأَذِنَ له فى دُخُولِهِ ٱلْمَدِينَةَ قال خالد أَعْذِرْنِى قال أَخْطَلُ وَأَنْتَ آمِنٌ وَجَبِينٌ لَدَى ٱلْحَرْبِ فلما خرج من عنده قال كَانَ عَلِىٌّ وَعُمَرُ أَعْلَمَ بِخَالِدٍ وَلَوْ أَطَعْتُهُمَا فيه أَخْشَيْتُهُ وَأَتْقَيْتُهُ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن مُبَشِّرٍ وَسَهْلٍ وابى عثمن عن

Deum veretur, ei erratorum veniam dat, praemiumque eximium tribuit. Nimirum verecundia Dei optimum eorum est, quae servi Dei sibi praecipiant. Tu jam viam ingredieris, quae ex viis Dei est. Quam ob rem in ea percurrenda tibi non licebit ea negligere, perdere, omittere, quae religionem vestram tueantur, remque vestram sartam tectam habeant. Superbiam in te admittere noli, neque ignaviam!" Deinde haec iis scripsit: „provinciis vestris vicarios praeficite, hominesque, inter quos adestis, evocate!" Itaque Amr excelsiori Kodâitarum terrae Amrum ben ssâsi Udaritam praefecit; El walid vero campestri Kodâitarum terrae, quae ad Dùmet el dschandalam pertinet, Emrul kaissum. Homines simul ut evocarunt, multi ad eos confluxerunt; quo confecto, mandata Abu bekri exspectarunt. Abu bekr interea concionem ad populum habuit. Laudibus Deum celebravit, gratesque ejus legato egit. Quibus absolutis, dixit haec: „quarumlibet rerum exstant summae; quas qui exponit, ei satis faciunt. Quicunque Deo inservit, ei prospicit Deus. Itaque seduli estote, et diligentes; diligentia enim efficacior est. Religio vero ei nulla est, cui nulla fides; neque praemium accipit, cujus nullum meritum exstat; neque opus perficit, cujus nullum studium. Atque in libro Dei labori, qui in via Dei consumitur, ea praemia proposita sunt, quae ut sibi tribuantur, exoptare debet Moslemus. Nimirum haec est illa salus, quam Deus indicavit; qua tributa, ex ignominia nos eximit, quamque cum eo honore conjungit, qui et in hac vita, et in postrema perennis est." Amro partem quandam eorum, qui evocati ad ipsius exercitum accesserant, subsidio dedit, eumque Palaestinae praefecit; certa, quam ei significavit, via incedere eum jussit. El walido scripsit, ut Jordanensem terram peteret, atque evocatorum partem subsidio ei dedit. Jesidum ben abi sofjân, ad se advocatum, magno agmini praefecit, id est plurimae eorum parti, qui evocati ad ipsum accesserant; in quo agmine etiam Soheil ben amr, sociique ejus Mekkenses aderant. Ipse Abu bekr, pedes incedens, discedentem illum aliquantum comitatus est. Abu obeidam ben el dscherrâch ducem eorum creavit, qui ad eum accesserant, eumque Himssae praefecit. Cum quo discendente ipse ex urbe egressus est; uterque pedes ibat, hominesque partim simul cum iis, partim pone eos incedebant. Singulis ducibus mandata sua dedit.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui e Sahlo ea compererat, cui El kâssem et Mobasscher ea narraverant, qui e Sâlemo et Jesîdo ben assîd Gassânita haec audiverant, quibus a Châledo et Obâda tradita fuerant. Qui dixerunt, posteaquam El walid ad Châledum ben saîd pervenerat, opemque ei tulerat, atque etiam eae Moslemorum cohortes, quas subsidio iis misit Abu bekr, quaeque vicariorum agmen nuncupabantur, eo profectae erant, ipse Châled, quum illos duces jam ad se tendere comperisset, gloriae cupidine ductus, subito contra Graecos prodiit; etsi tergum nudaret, tamen ante quam illi duces advenissent, cum Graecis confligere voluit. Quo cognito Bâhân, fugam simulans, cum copiis suis ad Damascum recessit. Châled vero cum exercitu eum insequutus est, secumque habuit Dsul kelâam,

لا يَحْتَسِبُ وَمَنْ يَتَّقِ ٱللَّهَ يُكَفِّرْ عنه سَيِّئَاتِهِ وَيُعَظِّمْ له أَجْرًا فَإِنَّ تَقْوَى ٱللَّهِ خَيْرُ ما تَوَاصَى
بِهِ عِبَادُ ٱللَّهِ إِنَّكَ فِي سَبِيلٍ من سُبُلِ ٱللَّهِ فلا يَسَعُكَ فيه ٱلْإِدْهَانُ وَٱلتَّفْرِيطُ وَٱلْغَفْلَةُ عمّا
فيه قِوَامُ دِينِكُمْ وَعِصْمَةُ أَمْرِكُمْ فلا تَنِ ولا تَفْتُرْ وكتب اليهما ٱسْتَخْلِفَا على
أَعْمَالِكُمَا وَٱنْدُبَا مَنْ يَلِيكُمَا فَوَلَّى عَمْرٌو على عُلْيَا قُضَاعَةَ عَمْرَو بن فلان ٱلْعُذْرِيَّ
وَوَلَّى ٱلْوَلِيدُ على ضَاحِيَةِ قُضَاعَةَ مِمَّا يَلِي دُومَةَ ٱلْجَنْدَلِ ٱمْرَأَ ٱلْقَيْسِ وَنَدَبَا ٱلنَّاسَ
فَتَتَامَّ اليهما بَشَرٌ وَٱنْتَظَرَا أَمْرَ ابى بكر وَقَامَ ابو بكر فى الناس خطيبا فَحَمِدَ ٱللَّهَ
وَصَلَّى على رسوله فقال لِكُلِّ أَمْرٍ جَوَامِعُ فَمَنْ بَلَغَهَا فَهِيَ حَسْبُهُ وَمَنْ عَمِلَ لِلَّهِ كَفَاهُ
ٱللَّهُ عَلَيْكُمْ بِٱلْجِدِّ وَٱلْقَصْدِ فَإِنَّ ٱلْقَصْدَ أَبْلَغُ إِلَّا أَنَّهُ لَا دِينَ لِأَحَدٍ لا إِيمَانَ له ولا
أَجْرَ لِمَنْ لا حِسْبَةَ له ولا عَمَلَ لِمَنْ لا نِيَّةَ له وَإِنَّ فى كتاب الله من ٱلثَّوَابِ على ٱلْجِهَادِ
فى سبيل الله لَمَا يَنْبَغِي لِلْمُسْلِمِ أَنْ يُحِبَّ أَنْ يَخُصَّ بِهِ هِيَ ٱلتِّجَارَةُ التى دَلَّ عليها الله
وَنَجَّى بها من ٱلْخِزْيِ وَأَلْحَقَ بها ٱلْكَرَامَةَ فى ٱلدُّنْيَا وَٱلْآخِرَةِ وَأَمَدَّ عَمْرًا بِبَعْضِ مَنِ
ٱنْتَدَبَ الى من اجتمع اليه وَأَمَّرَهُ على فِلَسْطِينَ وَأَمَرَهُ بِطَرِيقٍ سَمَّاهَا له وَكَتَبَ الى
الوليد وَأَمَّرَهُ بِٱلْأُرْدُنِّ وَأَمَدَّهُ ببعضهم وَدَعَا يَزِيدَ بْنَ أَبِي سُفْيَانَ فَأَمَّرَهُ على
جند عظيم هُمْ جُمْهُورُ مَنِ ٱنْتَدَبَ له وفى جنده سُهَيْلُ بن عمرو وَأَشْبَاهُهُ من اهل
مَكَّةَ وَشَيَّعَهُ مَاشِيًا وَٱسْتَعْمَلَ أَبَا عُبَيْدَةَ بْنَ ٱلْجَرَّاحِ على من اجتمع اليه
وَأَمَّرَهُ على حِمْصَ وخرج معه وَهُمَا مَاشِيَانِ والناس معهما وَخَلْفَهُمَا وَأَوْصَى كُلَّ
وَاحِدٍ مِنْهُمَا

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن سَهْلٍ عن ٱلْقَسِمِ وَمُبَشِّرٍ عن
سَالِمٍ وَيَزِيدَ بن أَسِيدٍ ٱلْغَسَّانِيِّ عن خالد وَعُبَادَةَ قالوا وَلَمَّا قَدِمَ الوليد على
خالد بن سعيد فَسَانَدَهُ وَقَدِمَتْ جُنُودُ المسلمين الذين كان ابو بكر أَمَدَّهُ بهم
وَسُمُّوا جَيْشَ ٱلْبِدَالِ وَبَلَغَهُ عن ٱلْأُمَرَآءِ تَوَجُّهُهُمْ اليه ٱقْتَحَمَ على ٱلرُّومِ
طَلَبَ ٱلْحُظْوَةِ وَأَعْرَى ظَهْرَهُ وَبَادَرَ ٱلْأُمَرَآءَ لِقِتَالِ ٱلرُّومِ فَٱسْتَطْرَدَ له بَاهَانُ
فَأَرَزَ هو وَمَنْ معه الى دِمَشْقَ وَٱقْتَحَمَ خَالِدٌ فى الجيش ومعه ذُو ٱلْكَلَاعِ وَعِكْرِمَةُ

Châled, sed simul ut propius ad eos accessit, dispersi sunt, statione relicta, quam occupavit Châled Tum vero major pars eorum hominum, qui in terra islâmitica ad eum se junxerant, discessit Quod Abu bekro scripsit Qui respondit „procede quidem, sed impetum facere noli, ne a tergo petaris“ Châled igitur cum iis, quos e Temâa eduxerat, militibus, iisque, qui ex ora arenarum ad eum accesserant, iter fecit, quoad inter Abil, et Sebiâ, atque El kastal castra posuerunt. Tum patricius quidam Graecorum, qui appellabitur Bâhan, contra eum prodiit, sed profligavit eum, ejusque exercitum delevit Quae scripsit Abu bekro, subsidia flagitans Ad Abu bekrum eo tempore primi eorum hominum accesserant, quos ex El jemena, et e terris inter Mekkam et El jemenam sitis evocaverat, inter quos aderat Dsul kelâ Accessit ad eum etiam Ikrima, ex itinere reversus, atque ad expeditionem paratus, cum militibus, quos e Tehâma, Omân, El bachrein et Essera eduxerat Quorum causa Abu bekr iis ducibus, qui prius donis praefecti erant, scripsit, ut, quicunque vicarios peterent, pro iis vicarios substituerent Atque omnes illi vicarios petierunt, unde factum est, ut hoc agmen vicariorum agmen nuncuparetur. Deinde hi ad Châledum ben saîd pervenerunt. Tum vero Abu bekr ad Syriam occupandam animum adplicuit Remiserat autem Amrum ben el âss ad provinciam administrandam, quam propheta, cui bene dicat Deus, ei demandaverat, ante quam in Omânam perrexerat, id est pia dona, e tribu Saad hodseim, et Udsritis, eorumque asseclis, et Dschodsâmitis Dschadasitisque colligenda, atque ei pollicitus erat propheta, se iterum ei illam provinciam demandaturum esse, simul ut reversus fuerit Quam ob rem hoc ratum fecerat Abu bekr Ubi vero ad res Syriae animum adplicuit, Amro haec scripsit „ad eam provinciam administrandam, cui propheta, cui bene dicat Deus faveatque, semel te praefecerat, quamque iterum tibi demandaverat, quum in Omanam te mitteret, modo te remisi, ut rata facerem, quae propheta, cui Deus bene dicat, pollicitus erat Itaque huic provinciae praefectus es, atque iterum ei praefectus es Jam vero, o Abd alla, ad rem quandam, ex qua et in hac vita, et in postrema, majorem fructum capias, te adhibere vellem, nisi forte ea res, quam nunc administras, magis grata tibi est“ Respondit Amr „telum sum ex telis islamismi, quae, moderante Deo, ipse tu et emittis, et colligis Itaque eorum acerrimum, nocentissimum, praestantissimum elige, atque in aliquam rem jaculare, quae ex aliqua regione tibi se offerat“ Eadem Abu bekr etiam El walîdo scripsit, qui et ipse, expeditionem suscipere se malle, respondit

Haec ad me scripsit Essarri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui e Sahl ben jussuf ea comperierat, cui ab El kâssem ben mohammed narrata fuerant Qui dixit litteras dedit Abu bekr ad Amrum et El walîdum ben okba, qui dimidiis prius donis Kodâitarum praeerat. Quos quum ad pia dona colligenda emiserat Abu bekr, discedentes aliquantum comitatus, utrique haec mandata dederat „verere Deum, et in occulto, et palam Nam quicunque Deum veretur, ei successum et subsidia praeter ipsius exspectationem parat Quicunque

خالد فلما دنا منهم تَفَرَّقُوا وَأَعْرَوْا مَنْزِلَهُمْ فَنَزَلَهُ وَرَحَلَ عَامَّةُ مَنْ كان يجتمع له في ارض الاسلام وَكَتَبَ خالد الى ابى بكر بذلك فَكَتَبَ اليه ابو بكر أَقْدِمْ ولا تَقْتَحِمْ حتى لا تُؤْتَى من خَلْفِكَ فَسَارَ فيمن كان خَرَجَ معه من تَيْمَاءَ وفيمن لحق به من طَرَفِ ٱلرَّمْلِ حتى نَزَلُوا فيما بَيْنَ آبِلَ وَزَيْزَاءَ وَٱلْقَسْطَلِ فَسَارَ اليه بِطْرِيقٌ من بَطَارِقَةِ ٱلرُّومِ يُدْعَى بَاهَانَ فَهَزَمَهُ وَقَتَلَ جُنْدَهُ فكتب بذلك الى ابى بكر وَٱسْتَمَدَّهُ وقد قَدِمَ على ابى بكر أَوَائِلُ مُسْتَنْفَرِى ٱلْيَمَنِ ومن بين مَكَّةَ وَٱلْيَمَنِ وفيهم ذُو ٱلْكَلَاعِ وَقَدِمَ عليه عِكْرِمَةُ قَافِلًا وَغَازِيًا فيمن كان معه من تِهَامَةَ وَعُمَانَ وَٱلْبَحْرَيْنِ وَٱلسَّرْوِ فَكَتَبَ لهم ابو بكر الى أُمَرَاءِ ٱلصَّدَقَاتِ أَنْ يُبْدِلُوا مَنِ ٱسْتَبْدَلَ فَكُلُّهُمُ ٱسْتَبْدَلَ فَكُنِىَ ذلك ٱلْجَيْشُ جَيْشَ ٱلْبَدَالِ فَقَدِمُوا على خالد بن سعيد وَعِنْدَ ذَلِكَ ٱهْتَاجَ أَبُو بَكْرٍ لِلشَّأْمِ وَعَنَاهُ أَمْرُهُ وَقَدْ كَانَ ابو بكر رَدَّ عَمْرَو بْنَ ٱلْعَاصِ على عِمَالَتِهِ كان النبى صلى الله عليه وَلَّاهَا إِيَّاهُ من صَدَقَاتِ سَعْدِ هُذَيْمٍ وَعُذْرَةَ وَمِنْ لِفِّهَا وَمِنْ جُذَامَ وَجَدَسٍ قَبْلَ ذَهَابِهِ الى عُمَانَ وهو على عِدَةٍ من عَمَلِهِ اذا هو رَجَعَ فَأَنْجَزَ له ابو بكر ذلك فَكَتَبَ ابو بكر عند اهتياجه لِلشَّأْمِ الى عمرو إِنِّى قد كُنْتُ رَدَدْتُكَ على ٱلْعَمَلِ الذى كان رسول الله صلّى الله عليه وسلّم وَلَّاكَهُ مَرَّةً وَسَمَّاهُ لَكَ أُخْرَى مَبْعَثَكَ الى عُمَانَ إِنْجَازًا لِمَوَاعِيدِ رسول الله صلّى الله عليه فقد وُلِّيتَهُ ثم وُلِّيتَهُ وقد أَحْبَبْتُ أَبَا عَبْدِ ٱللَّهِ أَنْ أُفَرِّغَكَ لِمَا هو خير لك فى حَيَاتِكَ وَمَعَادِكَ مِنْهُ إِلَّا أَنْ يَكُونَ الذى انت فيه أَحَبَّ اليك فَكَتَبَ اليه عمرو إِنِّى سَهْمٌ من سِهَامِ ٱلْإِسْلَامِ وَأَنْتَ بَعْدَ ٱللَّهِ ٱلرَّامِى بها والجامع لها فَٱنْظُرْ أَشَدَّهَا وَأَخْشَاهَا وَأَفْضَلَهَا فَٱرْمِ به شَيْئًا إِنْ جَاءَكَ من نَاحِيَةٍ من ٱلنَّوَاحِى وَكَتَبَ الى الوليد بِنَحْوِ ذلك فَأَجَابَهُ بِإِيثَارِ ٱلْجِهَادِ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سَيْفٍ عن سَهْلِ بن يُوسُفَ عن ٱلْقَسِمِ بن محمّد قال كَتَبَ ابو بكر الى عَمْرٍو والى ٱلْوَلِيدِ بْنِ عُقْبَةَ وكان على ٱلنِّصْفِ من صَدَقَاتِ قُضَاعَةَ وقد كان ابو بكر شَيَّعَهُمَا مَبْعَثَهُمَا على ٱلصَّدَقَةِ وَأَوْصَى كُلَّ وَاحِدٍ منهما بِوَصِيَّةٍ وَاحِدَةٍ ٱتَّقِ ٱللَّهَ فى ٱلسِّرِّ وَٱلْعَلَانِيَةِ فَإِنَّهُ مَنْ يَتَّقِ ٱللَّهَ يَجْعَلْ له مَخْرَجًا وَيَرْزُقْهُ مِنْ حَيْثُ

Omar „ducem hunc hominem creas, postea quam fecit quae fecit, dixitque quae dixit?" Neque Abu bekrum compellare destitit, quoad illum amovit, et Jesidum ben abi sofjân illi agmini praefecit. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui ea tradiderat Seif, qui e Mobasscher ben fodail ea compererat, cui Dschobeir ben sachr, scarificator prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, ea tradiderat, qui a patre ea cognoverat. Qui dixit: Chaled ben said ben el âss tempore prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, in El jemena commorabatur, atque etiam quum propheta, cui bene dicat Deus faveatque, mortem obiret, in ea provincia aderat. Sed, mense uno post illius mortem praeterito, inde reversus est, tunica serica indutus. Quum Omarum ben el chattab et Aliam ben abi taleb adiisset, Omar ad eos, qui adstabant, clamavit „tunicam hujus hominis discindito!" Tum Chaled „o Abu hassan, o Abd menâfitae, fraudati estis imperio!" Ali vero, qui consalutatur „utrum arrogantiam hoc imperium esse censes, an chalifatum?" Cui ille „nemo quisquam hoc imperium sibi arrogare potest, in quem magis conveniat, quam in vos, o Abd menafitae!" Tum Omar Châledo „os tuum, inquit, dirumpat Deus! homo mendax, per Deum, ea, quae dixisti, arripere non desinit, sed detrimentum eo non adfert, nisi sibimet ipse." Atque ad Abu bekrum, quae ille loquutus erat, retulit. Deinde quum Abu bekr, bellum illaturus apostatis, ducibus vexilla traderet, quemadmodum caeteris, sic etiam Châledo vexillum tradidit. Quo cognito, dehortans Omar „homo vilis ille est, inquit, et ingenio tenui, mendacium dixit, saepeque fit, ut terram non relinquat qui mendaciis utitur, eaque arripit. Itaque adjutorem eum adsumere noli." At Abu bekr illi tamen non succensuit, sed subsidiarium eum in Teimâam emisit. Sic in hac re ex parte voluntati Omari obsequutus est, ex parte restitit.

Haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo narrata fuerant, qui e Seifo ea cognoverat, cui ea tradiderant Abu ishâk Schoibânita, qui ex Abu safijja Teimita, id est oriundo tribu Teim ben schoibân, ea compererat, et Talcha, qui ex El mogira ea compererat, atque Mohammed, qui ex Abu othmân ea compererat. Qui dixerunt: Abu bekr Châledum in Teimaa considere jussit. Itaque, tanquam subsidiarius, iter ingressus est, et in Teimâa consedit. Mandaverat ei Abu bekr, ut in hac provincia subsisteret, hominesque, quibus ibi circumdatus esset, ad se evocaret, neque tamen ex iis reciperet, nisi eos, qui apostatae non facti essent, neque ullum, nisi a quo ipse peteretur, bello peteret, quoad nova Abu bekri mandata ad eum perlata essent. Châled igitur ibi substitit, multique homines ad eum confluxerunt. Mox Graecis, magnam camelorum vim in illo exercitu adesse, renuntiatum est, quam ob rem Arabibus, in provincia campestri habitantibus, agmina imperarunt, in Syriam mittenda. Tum Châled ben said Abu bekro hanc rem scripsit, atque consedisse, quos auxiliarios advocassent Graeci, Behraitas, Kelbitas, Salichitas, Tenuchitas, Lachmitas, Dschodsâmitas, Gassânitas, loco quodam, qui a Sebra abesset tridui. Respondit Abu bekr „procede jam, neque consiste, auxiliumque a Deo pete!" Itaque ad illos progressus est.

من استعمل على ربع خالدُ بن سعيد فأخذ عمرُ يقول أتؤمّرهُ وقد صنع ما صنع وقال ما قال فلم يزل بأبى بكر حتى عزلهُ وأمّر يزيد بن ابى سفين * كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن مبشّر بن فضيل عن جبير بن صخر حارس النبىّ صلّى الله عليه وسلّم عن ابيه قال كان خالدُ بن سعيد بن العاص باليمن زمن النبىّ صلّى الله عليه وسلّم وتوفّى النبىُّ صلّى الله عليه وسلّم وهو بها وقدم بعد وفاته بشهر وعليه جبّةُ ديباج فلقى عمر بن الخطّاب وعلىّ بن ابى طالب فصاح عمر بمن يليه مزّقوا جبّتهُ عليه فقال خالد يا أبا حسن يا بنى عبد مناف أغُلبتم عليها فقال علىٌّ عليه السلام أمغالبةً ترى أم خلافةً قال لا يغالبُ على هذا الامر أولى منكم يا بنى عبد مناف وقال عمرُ لخالد فضّ اللهُ فاك والله لا يزالُ كاذبٌ يخوض فيما قلت ثم لا يضرُّ الّا نفسهُ فأبلغ عمرُ أبا بكر مقالتهُ فلما عقد ابو بكر الألوية لقتال أهل الردّة عقد له فيمن عقد فنهاه عنه عمرُ فقال انّهُ لمخذولٌ وانّهُ لضعيفٌ فى التروئة ولقد كذب كذبةً لا يفارق الارض مُدلٍ بها وخائضٌ فيها فلا تستنصرنّهُ فلم يحتمل ابو بكر عليه وجعلهُ ردءًا بتيماء أطاع عمرَ فى بعض الامر وعصاه فى بعض

كتب الىّ السرىُّ عن شعيب عن سيف عن أبى إسحق الشيبانىّ عن أبى صفيّة التيمىّ تيم بنى شيبان وطلحة عن المغيرة ومحمّد عن أبى عثمن قالوا أمر أبو بكر خالدًا أن ينزل بتيماء ففصل ردءًا حتى نزل بتيماء وقد أمرهُ ابو بكر ألّا يبرحها وأن يدعو من حولهُ بالانضمام اليه وألّا يقبل الّا ممّن لم يرتدّ ولا يقاتل الّا من قاتلهُ حتى يأتيهُ أمرُهُ فأقام فاجتمع اليه جموع كثيرة وبلغ الرومَ عظمُ ذلك العسكر فضربوا على عرب الضاحية البعوث بالشأم اليهم فكتب خالد بن سعيد الى ابى بكر بذلك وبنزول من استنفرت الرومُ ونفرَ اليهم من بهراء وكلب ومن سليح وتنوخ ولخم وجذام وغسّان من دون زيزاء بثلث فكتب اليه ابو بكر أن أقدم ولا تحجم واستنصر اللهَ فسار اليهم

Caput octavum decimum

Moslemi Graecos profligant ad Jarmûkum.

Quibus confectis, incepit annus tertius decimus Dicit Abu dschafer Taberistanensis, quem misericordia amplectatur Deus hoc quidem anno Abu bekr, cujus misereatur Deus, ad invadendam Syriam agmina expedivit, postea quam ipse, Mekka visa, El medinam reversus erat Haec mihi tradidit Ebn homeid, qui dixit tradidit ea mihi Salama, qui a Mohammede ben ishâk ea cognoverat, qui dixit Abu bekr, postea quam anno duodecimo iter sacrum peregerat, ad invadendam Syriam agmina expedivit. Amrum ben el âss in Palaestinam emisit, qui via, quae ad El mogaribam fert, processit, ad Ilam versus Emisit deinde Jesidum ben abi sofjân, et Abu obeidam, El dscherrachi filium, et Schorachbilum ben hassana, qui in extremo agmine adfuit Quos per terram Tebukensem ad El belkâam, quae in excelsiori Syria sita est, accedere jussit

Haec mihi tradidit Omar ben schibh, cui ab Alio ben mohammed narrata fuerant, qui auctoribus a me supra commemoratis ea tradebat, id est magistris suis, quos supra commemoravi Dixit deinde Abu bekr agmina in Syriam immisit ineunte anno tertio decimo Primum vexillum tradidit Châledo ben said ben el ass, quem vero mox amovit, ante quam eum emitteret Tum ejus agmini praefecit Jesidum ben abi sofjan, qui primus igitur ducum exstitit, qui in Syriam irruperunt Profecti sunt autem cum septem millibus Dicit Abu dschafer causa, propter quam Châledum ben said ben el âss amovit Abu bekr, ea fuit, ut fertur, quam mihi tradidit Ebn homeid Qui dixit haec mihi tradidit Salama, cui ab Ebn ishâk narrata fuerant, qui ex Abd allâ ben abi bekr ea comperierat Châled ben said, quum post mortem prophetae, cui bene dicat Deus faveatque, ex El jemena redisset, per duos menses cunctatus est, fidem spondere, dixitque „provinciae me praefecit legatus Dei, cui bene dicat Deus faveatque, neque me amovit, quoad Deus eum abstulit“ Adiit Alium ben abi tâleb et Othmânum ben affân, inque „o Abd menâfitae, inquit, patienter fertis de imperio vestro, ab aliis usurpato“ Quod ad Abu bekrum attinet, ejus imperium non curamus, Omari vero imperium odio habeo“ Deinde quum Abu bekr agmina in Syriam emitteret, primo Châledo ben said quartam exercitus partem tradidit Tum vero

ثُمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ ثَلَاثَ عَشْرَةَ ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ ٱلطَّبَرِيُّ رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ وَفِيهَا وَجَّهَ أَبُو بَكْرٍ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ ٱلْجُنُوشَ إِلَى ٱلشَّأْمِ بَعْدَ مُنْصَرَفِهِ مِنْ مَكَّةَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن محمد بن اسحق قال لَمَّا قَفَلَ أَبُو بَكْرٍ من ٱلْحَجِّ سَنَةَ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ جَهَّزَ الجنوش الى ٱلشَّأْمِ فَبَعَثَ عَمْرَو بْنَ ٱلْعَاصِ الى فِلَسْطِينَ وَأَخَذَ طَرِيقَ ٱلْمُعْرِقَةِ على ايلَةَ وَبَعَثَ يَزِيدَ بْنَ أَبِي سُفْيَنَ وَأَبَا عُبَيْدَةَ يَعْنِي ٱبْنَ ٱلْجَرَّاحِ وَشُرَحْبِيلَ بْنَ حَسَنَةَ وهو في أَحَدِ ٱلْبُعُوثِ وَأَمَرَهُمْ أَنْ يَسْلُكُوا ٱلتَّبُوكِيَّةَ على ٱلْبَلْقَآءِ من عَلْيَآءِ ٱلشَّأْمِ

حَدَّثَنِي عُمَرُ بْنُ شَبَّةَ عن عَلِيّ بن محمد بِٱلْإِسْنَادِ الذى ذَكَرْتُ قَبْلُ عن شُيُوخِهِ الذين مضى ذِكْرُهُمْ قال ثُمَّ وَجَّهَ ابو بكر ٱلْجُنُودَ الى ٱلشَّأْمِ أَوَّلَ سنة ثلاث عَشْرَة فَأَوَّلُ لِوَآءٍ عَقَدَهُ لِوَآءُ خَالِدِ بن سعيد بن العاص ثم عَزَلَهُ قَبْلَ أَنْ يَسِيرَ وَوَلَّى يَزِيدَ بن أَبِي سُفْيَنَ فكان أَوَّلَ ٱلْأُمَرَآءِ الذين خَرَجُوا الى الشام وخرجوا في سَبْعَةِ آلَافٍ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَكَانَ سَبَبَ عَزْلِ أَبِي بَكْرٍ خَالِدَ بْنَ سَعِيدِ بْنِ ٱلْعَاصِ فِيمَا ذُكِرَ مَا حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ابن اسحق عن عبد الله بن ابى بكر أَنَّ خَالِدَ بْنَ سعيد حين قَدِمَ من ٱلْيَمَنِ بَعْدَ وَفَاةِ النبيّ صَلَّى الله عليه وَسَلَّمَ تَرَبَّصَ بِبَيْعَتِهِ شَهْرَيْنِ يقول قد أَمَّرَنِي رسول الله صلّى الله عليه وسلّم ثم لم يَعْزِلْنِي حتى قَبَضَهُ الله وقد لَقِيَ عَلِيَّ بن ابى طالب وَعُثْمَانَ بن عفّان فقال يا بَنِي عَبْدِ مَنَافٍ لَقَدْ طِبْتُمْ نَفْسًا عَنْ أَمْرِكُمْ يَلِيهِ غَيْرُكُمْ أَمَّا أَبُو بَكْرٍ فَلَمْ يَحْفِلْهَا عَلَيْهِ وَأَمَّا عُمَرُ فَٱضْطَغَنَهَا عَلَيْهِ ثم بَعَثَ ابو بكر الجنود الى ٱلشَّأْمِ وكان أَوَّل

peregisse anno duodecimo, atque El medinae eum praefecisse Othmânum ben affân, cujus misereatur Deus. Sunt vero alii, qui dicant, hominibus iter sacrum peragentibus anno duodecimo praefuisse Omarum ben el chattâb. Exponitur de iis, qui hoc memoriae prodiderunt. Hoc mihi tradidit Ebn homeid, qui dixit: tradidit id mihi Salama, qui ex Ebn ishâk id compererat; qui dixit: nonnulli homines dicunt hoc: Abu bekr, dum chalifatui praefuit, iter sacrum non peregit; sed anno duodecimo iter sacrum facientibus aut Omarum ben el chattâb praefecit, aut Abd errachmânum ben auf.

وَحَدَّثَنَا يَزِيدُ بْنِ عُبَيْدٍ عن ابيه أَنَّ ابا بكر حَجَّ فى سَنَةِ ٱثْنَتَىْ عَشَرَةَ وَٱسْتَخْلَفَ
على المدينة عُثْمَنَ بن عَفَّانَ رحمه الله ۞ وَقَالَ بَعْضُهُمْ حَجَّ بِٱلنَّاسِ سَنَةَ
اثنتى عشرة عُمَرُ بن ٱلْخَطَّابِ ۞ ذِكْرُ مَنْ قَالَ ذَلِكَ ۞ حَدَّثَنَا ٱبْنُ
حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ابن اسحق قال بَعْضُ ٱلنَّاسِ يقول لَمْ يَحُجَّ ابو بكر
فى خلافته وَإِنَّهُ بَعَثَ سَنَةَ ٱثْنَتَىْ عَشَرَةَ على ٱلْمَوْسِمِ عُمَرَ بن ٱلْخَطَّابِ او
عَبْدَ ٱلرَّحْمَنِ بْنَ عَوْفٍ

dixerunt: „quid sibi vult Moâwija? nos quidem proelio catenarum interfuimus;" atque deinde hi omnia proelia, quae inter proelium catenarum et occupatam El firâdam commissa sunt, nominatim persequuti sunt. Sed quaecunque postea commissa sunt, ea non commemorarunt, despicientes quidem quae postea et quae antea gesta erant. Haec vero mihi tradidit Omar ben schibh, dixitque: tradidit ea mihi Ali ben mohammed, auctoribus iis hominibus, quos supra commemoravi. Châled ben el walid quum ad El anbâram accessisset, pacem incolae ab eo impetrarunt ea conditione, ut urbe emigrarent; deinde vero, certa pecunia, quam stipulatus erat, ab iis data, manendi potestatem iis fecit. Mox in forum Bagdâdense irruit, in pago Alensi situm; atque El mothannam emisit, qui in quoddam forum, in quo Kodâitae multi et Bekritae aderant, irruit, et, quaecunque ibi reperta sunt, diripuit. Deinde ille ad Ain ettamram perrexit, eamque vi expugnavit, atque hominum alios interfecit, alios captivos abduxit. Captos ad Abu bekrum transmisit; qui primi captivi fuerunt, ex Persis El medînam ducti. Inde ad Dûmet el dschandal tetendit, ubi Okeidirum interfecit, et filiam El dschûdii cepit. Quibus peractis retro regressus est, ac per aliquod tempus El hîrae commoratus est. Quae omnia gesta sunt anno duodecimo. Dicit Abu dschafer: hoc anno Omar, quem misericordia amplectatur Deus, Atekam, Seidi filiam, in matrimonium duxit. Eodem anno diem supremum obierunt Abu marthad Ganita, ac mense Dsul hiddsche Abul âs ben errebi, qui suorum curatorem constituit Essobeirum; filiam ejus Ali, qui consalutetur, duxit. Eodem anno Omar servum suum, cui nomen Aslamo, emit.

Dissentiunt vero de eo, qui hoc anno hominibus iter sacrum peragentibus praefuerit. Sunt qui dicant, ipsum Abu bekrum, quem misericordia amplectatur Deus, hoc anno iter sacrum peregisse. Exponitur de iis, qui hoc memoriae prodiderunt. Mihi hoc narravit Ebn homeid, qui dixit: narravit hoc mihi Salama, qui ab Ebn ishâk id acceperat, cui id tradiderat El alâ ben abd errachmân ben jakûb, servus El horkae, qui ex quodam homine Sahmita id compererat, cui ab Ebn mâdschida Sahmita traditum fuerat; qui dixit: iter sacrum peregit Abu bekr, quum chalifatui praeesset, anno duodecimo. Eodem tempore, cum juvene quodam, familiare meo, quum petulantius jocatus essem, aurem meam hic momorderat, ejusque particulam avulserat, aut etiam ipse illius aurem momorderam, et particulam ab ea avulseram. Qua re ad Abu bekrum delata, dixit: „ad Omarum utrumque adducite!" Qui: „per vitam meam, inquit, hic homo sane vexatus est; chirurgum advocate huc!" Addit ille: chirurgum quum commemorasset, haec adjecit: „e propheta, cui bene dicat Deus faveatque, audivi, quum diceret: „materterae meae servum dedi, sperans fore, ut Deus favore eum persequeretur; sed vetui, ne chirurgum eum faceret, neque lanionem, neque aurificem, ne ultionem ab eo exigerem." Hoc vero commemoravit El wâkedi, cui traditum fuerat ab Othmân ben mohammed ben obeid alla ben abd alla ben omar, qui ex Abu wadschsa jesid ben obeid id compererat, cui a patre traditum fuerat; Abu bekrum iter sacrum

مُعَسوِيَةُ نَحْنُ أَصْحَابُ ذَاتِ ٱلسَّلَاسِلِ وَيُسَمُّونَ ما بينها وبين ٱلفِرَاضِ ما يذكرون ما كان بَعْدُ ٱحْتِقَارًا لِمَا كان بَعْدُ وما كان قَبْلُ وَحَدَّثَنِي عُمَرُ بْنُ شَبَّةٍ قال حدّثنى عَلِيُّ بن محمد بِٱلْإِسْنَادِ الذى قد مَضَى ذِكْرِيهِ أَنَّ خالد بن الوليد أَتَى ٱلْأَنْبَارَ فَصَالَحُوهُ على ٱلْجَلَآءِ ثم أَعْطَوْهُ شَيْأً رَضِيَ به فَأَقَرَّهُمْ وَأَنَّهُ اغار على سُوقِ بَغْدَاذَ من رُسْتَاقِ ٱلْعَالِ وَأَنَّهُ وَجَّهَ ٱلْمُثَنَّى فاغار على سُوقٍ فيها جَمْعٌ لِقُضَاعَةَ وَبَكْرٍ فَأَصَابَ ما فى ٱلسُّوقِ ثم سار الى عَيْنِ ٱلتَّمْرِ فَفَتَحَهَا عَنْوَةً فقتل وَسَبَى وبعث بِٱلسَّبْيِ الى ابى بكر فكان أَوَّلَ سَبْيٍ قَدِمَ المدينة من ٱلْعَجَمِ وسار الى دُومَةِ ٱلْجَنْدَلِ فقتل أُكَيْدِرَ وَسَبَى ٱبْنَةَ ٱلْجُودِيِّ فرجع فاقام بالحيرة هَذَا كُلُّهُ سَنَةَ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وفيها تَزَوَّجَ عُمَرُ رحمة الله عليه عَاتِكَةَ ٱبْنَةَ زَيْدٍ وفيها مات أَبُو مَرْثَدٍ ٱلْغَنَوِيُّ وفيها مات أَبُو ٱلْعَاصِ بن ٱلرَّبِيعِ فى ذِى ٱلْحِجَّةِ وَأَوْصَى الى ٱلزُّبَيْرِ وَتَزَوَّجَ عَلِيٌّ عليه السلام ابنته وفيها ٱشْتَرَى عُمَرُ أَسْلَمَ مَوْلَاهُ

وَٱخْتُلِفَ فِيمَنْ حَجَّ بِٱلنَّاسِ فِي هَذِهِ ٱلسَّنَةِ ۞ فَقَالَ بَعْضُهُمْ حَجَّ فيها ابو بكر رحمة الله عليه ۞ ذِكْرُ مَنْ قَالَ ذَلِكَ ۞ حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قال حدّثنا سَلَمَةُ عن ابن اسحق عن ٱلْعَلَآءِ بن عبد الرحمن بن يعقوب مَوْلَى ٱلْحُرَقَةِ عن رجل من بَنِي سَهْمٍ عن ٱبْنِ مَاجِدَةَ ٱلسَّهْمِيِّ أَنَّهُ قال حَجَّ ابو بكر فى خلافته سَنَةَ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ وقد عَارَمْتُ غُلَامًا من اهلى فَعَضَّ بِأُذُنِي فَقَطَعَ منها او عَضَضْتُ بِأُذُنِهِ فَقَطَعْتُ منها فَرُفِعَ شَأْنُنَا الى ابى بكر فقال ٱذْهَبُوا بهما الى عُمَرَ قال لَعَمْرِي لقد بَلَغَ هذا ٱدْعُوا لى حَجَّامًا قال فلما ذكر ٱلْحَجَّامَ قال أَمَا إِنِّي سَمِعْتُ ٱلنَّبِيَّ صلى الله عليه وسلم يقول قد أَعْطَيْتُ خَالَتِي غُلَامًا وَأَنَا أَرْجُو أَنْ يبارك الله لها فيه وَقَدْ نَهَيْتُهَا أَنْ تَجْعَلَهُ حَجَّامًا او قَصَّابًا او صَايِغًا فَأَقْتَصَّ مِنْهُ ۞ وَذَكَرَ ٱلْوَاقِدِيُّ عن عُثْمَانَ بن محمد بن عُبَيْدِ ٱللَّهِ بن عبد الله بن عُمَرَ عن أَبِي

stium numerum in unum locum cogendum curarunt, quos, simul ut coacti sunt, interfecerunt. Quo proelio, ad El firâdam commisso, in ipsa pugna et inter persequendum centum millia caesa *sunt. Post proelium Châled apud El firâdam dies decem moratus est. Deinde* El hîram *redeundi* potestatem fecit militibus, quinque restantibus noctibus de mense Dsul kaada. Quorum primum agmen ducere jussit Assemum ben amr, extremum vero Schadscharum ben el aass. Se ipsum ad agmen extremum adfuturum esse, simulabat Châled.

Exponitur de itinere sacro, quod peregit Châled. Dicit Abu dschafer: Châled, ut iter sacrum perageret, El firâda profectus est, quinque noctibus de mense Dsul kaada restantibus. Dissimulaverat antea hoc iter, et cum aliquot comitibus recta tetendit Mekkam, ipse viam explorans; quod felicius etiam ei cessit, quam experto viae duci, vel leoni, cedere solet. Via quadam incessit, Dschesirensibus frequentata; qua nunquam viderat mirabiliorem, neque asperitate difficiliorem. Ab exercitu non abfuit, nisi dies paucos; neque redeuntium militum postremi ad El hîram pervenerunt, nisi quum ipse Châled una cum extremi agminis duce, quem iis praefecerat, ad eos accessisset. Simul itaque hi urbem intrarunt, agmenque clauserunt Châled ejusque comites; neque, iter sacrum illum peregisse, nisi, in quos ibi incidit, extremi agminis milites cognoverunt. Neque ipse Abu bekr, cujus misereatur Deus, rem comperit, nisi paulo post; tum vero illum reprehendit, et hanc ei irrogavit poenam, ut in Syriam eum emitteret. Châled autem, quum, El firâda relicta, iter sic instituisset, ut, per mediam terram transiens, recta via procederet, et ipse viam exploraret, primo ea via, quae El firâdam ducit, incedens, rivum Anbaritae, deinde Mithkabum trajecit, atque inde ad Dsât irk pervenit; ex quo loco ad orientem deflexus est. Quae via, quae ex El firâda ad Arafât eum deduxit, nuncupata est Essadd. Simul ut, itinere sacro peracto, El hîram reversus est, litterae Abu bekri ad eum perlatae sunt, quae in Syriam, tum propinquiorem, tum longinquiorem, invadere eum jubebant. Dicit Abu dschafer: dixerunt illi: ad Châledum, quum ex itinere sacro El hîram reversus esset, hae litterae perlatae sunt, ab Abu bekro datae: „perge ad agmina Moslemorum prope Jarmûkum constituta, quae languent, et languore inficiunt. Sed cave, ne iterum facias, quae fecisti. Jam enim, moderante Deo, languor tuus militibus languorem non injecit, neque a militibus languorem depulit depulsio tua. Macte virtute, o Abu soleimân, esto, et gloria! Beneficia Dei promove; tum ea tibi promovebit Deus. Fastum adsumere noli, ne rem male geras, ab ope destitutus. Cave quoque, ne vilem te geras. Deus enim benevolentiam praestat, et praemia reddit."

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd el melik ben athâ Bekkâita ea compererat, qui ab El mokatta ben el heithem Bekkâita ea cognoverat, cui a patre tradita fuerant. Qui dixit: homines Kûfenses, qui proeliis interfuerant, minantes aliquando Moâwijae propter quasdam *res*, de quibus certiores facti fuerant,

صاحب الخيل يَحْشُرُ منهم ٱلزُّمْرَةَ بِرِمَاحِ اصحابه فإذا جمعوهم قتلوهم فَقُتِلَ يَوْمَ ٱلْفِرَاضِ فى ٱلْمَعْرَكَةِ وفى ٱلطَّلَبِ مِايَةُ أَلْفٍ وَأَقَامَ خالد على ٱلْفِرَاضِ بعد الوقعة عَشْرًا ثم أَذِنَ فى ٱلْقَفْلِ الى الحيرة لِخَمْسٍ بَقِينَ من ذى ٱلْقَعْدَةِ وأَمَرَ عَاصِمَ بن عمرو أَنْ يَسِيرَ بهم وَأَمَرَ شَجَرَ بْنَ ٱلْأَعَزِّ أَنْ يَسُوقَهُمْ وَأَظْهَرَ خَالِدٌ أَنَّهُ فِى ٱلسَّاقَةِ

حَجَّةُ خَالِدٍ ☆ قال أَبُو جَعْفَرٍ وَخَرَجَ خالد حَاجًّا من ٱلْفِرَاضِ لِخَمْسٍ بَقِينَ من ذى القعدة مُكْتَتِمًا بِحَجِّهِ ومعه عِدَّةٌ من اصحابه يَعْتَسِفُ البلاد حتى أَتَى مَكَّةَ بِٱلسَّمْتِ فَتَأَتَّى له من ذلك ما لم يَتَأَتَّ لِدَلِيلٍ ولا رِيبَالٍ فسار طريقًا من طُرُقِ اهل الجزيرة لم يُرَ طريقًا أَعْجَبَ منه ولا أَشَدَّ على صُعُوبَتِهِ منه فكانت غَيْبَتُهُ من الجند يسيرة فَمَا تَوَافَى الى الحيرة آخِرُهُمْ حتى وَافَاهُمْ مع صاحب ٱلسَّاقَةِ الذى وَضَعَهُ فَقَدِمَا مَعًا وخالد واصحابه يَحْلِقُون لم يعلم بِحَجِّهِ إِلَّا من أَفْضَى اليه من ٱلسَّاقَةِ فلم يَعْلَمْ أَبُو بَكْرٍ رحمه الله بذلك إِلَّا بَعْدُ فَعَتَبَ عليه وكانت عُقُوبَتُهُ إِيَّاهُ أَنْ صَرَفَهُ إِلَى ٱلشَّامِ وَكَانَ مَسِيرُ خَالِدٍ من ٱلْفِرَاضِ أَنِ ٱسْتَعْرَضَ ٱلْبِلَادَ مُتَعَسِّفًا مُتَسَمِّتًا فَقَطَعَ طريق ٱلْفِرَاضِ مَاءَ ٱلْعَنْبَرِىِّ ثُمَّ مِثْقَبًا ثم انتهى الى ذَاتِ عِرْقٍ فَشَرَّقَ منها فَأَسْلَمَهُ الى عَرَفَاتٍ من ٱلْفِرَاضِ وَسُمِّىَ ذلك الطريق ٱلصَّدَّ وَوَافَاهُ كِتَابُ ابى بكر مُنْصَرَفَهُ مِنْ حَجِّهِ بالحيرة يَأْمُرُهُ بِٱلشَّامِ يُقَارِبُهُ وَيُبَاعِدُهُ ☆ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ قالوا فَوَافَى خَالِدًا كِتَابُ ابى بكر بالحيرة مُنْصَرَفَهُ مِنْ حَجِّهِ أَنْ سِرْ حَتَّى تَأْتِىَ جُمُوعَ المسلمين بِٱلْيَرْمُوكِ فَإِنَّهُمْ قد شَجُوا وَأَشْجَوْا وَإِيَّاكَ أَنْ تَعُودَ لِمِثْلِ ما فَعَلْتَ فَإِنَّهُ لم يُشْجِ ٱلْجُمُوعَ من الناس بعون الله شَجْيُكَ ولم يَنْزِعِ ٱلشَّجَى من الناس نَزْعُكَ فَلْيَهْنِئْكَ أَبَا سُلَيْمَنَ ٱلنِّيَّةُ وَٱلْحُظْوَةُ فَأَتْمِمْ بِنِعَمِ ٱللَّهِ يُتْمِمْهَا ٱللَّهُ لَكَ وَلَا يَدْخُلَنَّكَ عُجْبٌ فَتَخْسَرَ وَتُخْذَلَ وَإِيَّاكَ أَنْ تُدِلَّ بِعَمَلٍ فَإِنَّ ٱللَّهَ لَهُ ٱلْمَنُّ وَهُوَ وَلِىُّ ٱلْجَزَاءِ

كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن عبد الملك بن عَطَاءِ بن ٱلْبَكَّائِىِّ عن ٱلْمُقَطَّعِ بن ٱلْهَيْثَمِ ٱلْبَكَّائِىِّ عن ابيه قال كَانَ أَهْلُ ٱلْأَيَّامِ من اهل الكوفة يُوعِدُونَ مُعَوِيَةَ عند بعض الذى يَبْلُغُهُمْ ويقولون ما شاء

lum se receperat, adiveratque Attâbum ben fulân, qui cum numeroso agmine ad El bischr consederat. Itaque, quemadmodum antea fecerat, etiam in hos homines noctu irrupit Châled, subitoque e partibus tribus in eos invaserunt, antequam de oppresso Rebia rumore aliquid acceperant. Tanta, quanta antea nunquam, caedes in eos facta est, atque praedam abstulerunt Moslemi, quantam vellent. Jure jurando autem interposito, ante dixerat Châled: „Taglebitas certe quidem in ipso eorum territorio obruemus." Captos homines militibus dispertivit Châled, quintamque praedae partem Essabâcho ben fulân Moseinitae tradidit, ut ad Abu bekrum eam perferret; in qua parte erant filia Múdseni Namiritae, et Leila filia Châledi, ac Reichâna filia El hodseili ben hobeira. Deinde Châled ex El bischro ad Errudâbam tetendit, quam Hilâl ben okba tenebat; cujus milites, simul ut de adventu Châledi certiores facti sunt, inde aufugerunt. Quam ob rem etiam Hilâl locum illum reliquit, neque ullum hostem obvium ibi habuit Châled. Itaque post occupatam Errudâbam, profligatosque Taglebitas, Châled ad El firâd perrexit, qui loci Syriae, et El irâkae, atque El dschesirae confines sunt. Jejunium ibi posuit mense Ramadâno, in hoc itinere occupatus, quod ad incursiones et proelia eum deduxerat. Carmina tum panxerunt multi, et quidem prae caeteris ii, qui metro Redsches ea componebant. Sic nova ad ea adjecerunt, quae antea ab iis composita fuerant.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui a Mohammede et Talcha ea cognoverat; quibuscum consentit Amr ben mohammed, qui ex *homine quodam Saadita ea compererat, cui tradita fuerant a Dafar ben wahj et El mohalleb ben* okba. Qui dixerunt: Moslemi quum in El firâd consedissent, ira et indignatione flagrantes Graeci proxima Persarum praesidia ad se advocarunt; qui perinde irati et infensi auxilio jam vocaverant Taglebitas, Ejâditas, Namiritasque, atque ab iis suppetias acceperant. Deinde hi omnes Châledum petierunt, et eo usque progressi sunt, donec inter utramque partem intercederet Euphrates. Tum illi Moslemis: „flumen aut vobis transeundum est, aut nobis." Quibus Châled: „nos quidem nolumus; igitur id jam transite." Illi vero: „itaque discedite, ut transire possimus." Atque Châled: „nos quidem non transibimus; sed infra nos transite." Quae acta sunt medio mense Dsul kaada. Ibi vero Graeci nonnulli et Persae sic inter se collocuti sunt: „jam, quid rex vester possit, experimini; Châled enim ille homo est, qui pro sacris dimicat, prudentia praestans et doctrina; quam ob rem, per Deum, res bene ei cedet, nobis vero male." Sed deinde, haec non morati, infra Châledum flumen transierunt. Exercitus quum coiisset, Graeci caeteris: „seorsum a nobis consistite, ut, quae hodie praeclara gerentur, aut turpia, a quonam gesta sint, cognoscamus." Agminibus itaque discretis, proelium commiserunt atrox et longum; ad extremum vero celebrandus laudandusque Deus hostes in fugam conjecit. Tum Châled Moslemis: „persequimini eos, neque impunitatem iis date!" Igitur, qui equitatui praeerant, militum suorum lanceis certum ho-

الهذيل حين نجا أوى الى الزميل الى عتاب بن فلان وهو بالبشر فى عسكر ضخم فبيتهم بمثلها غارة شعوا من ثلثة أوجه سبقت اليهم الخبر عن ربيعة فقتل منهم مقتلة عظيمة لم يقتتلوا مثلها قبلها وأصابوا منهم ما شاؤوا وكانت على خالد يمين لنبغتن تغلب فى دارها وقسم خالد فيهم من الناس وبعث بالاخماس الى ابى بكر مع الصباح بن فلان المزنى وكانت فى الاخماس بنت مؤذن النمرى وليلى ابنة خالد وريحانة ابنة الهذيل بن هبيرة ثم عطف خالد من البشر الى الرضاب وبها هلال بن عقبة وقد ارفض عنه اصحابه حين سمعوا بدنو خالد وانقشع عنها هلال فلم يلق كيدا بها ثم قصد خالد بعد الرضاب وبغتته تغلب الى الفراض والفراض تخوم الشام والعراق والجزيرة فأفطر بها رمضان فى تلك السفرة التى اتصلت له فيها الغزوات والايام ونظمن نظما اكثر فيهن الرجاز الى ما كان قبل ذلك منهم

كتب الى السرى عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وشاركهم عمرو بن محمد عن رجل من بنى سعد عن ظفر بن دهى والمهلب بن عقبة قالوا فلما اجتمع المسلمون بالفراض حميت الروم واغتاظت واستعانوا بمن يليهم من مسالح اهل فارس وقد حموا واغتاظوا واستمدوا تغلب واياد والنمر فأمدوهم ثم ناهدوا خالدا حتى اذا صار الفرات بينهم قالوا اما ان تعبروا الينا واما ان نعبر اليكم قال خالد بل اعبروا الينا قالوا فتنحوا حتى نعبر فقال خالد لا نفعل ولكن اعبروا اسفل منا وذلك للنصف من ذى القعدة سنة اثنتى عشرة فقالت الروم وفارس بعضهم لبعض احتسبوا ملككم هذا رجل يقاتل على دين وله عقل وعلم والله لينصرن ولنخذلن ثم لم ينتفعوا بذلك فعبروا اسفل من خالد فلما تتاموا قالت الروم امتازوا حتى نعرف اليوم ما كان من حسن او قبيح من اينا يجى ففعلوا فاقتتلوا قتالا شديدا طويلا ثم ان الله عز وجل هزمهم وقال خالد للمسلمين الحوا عليهم ولا ترفهوا عنهم فجعل

postea quam jam interfecisset Málekum, id est Ebn nowairam. Cui respondit Abu bekr: „talia patitur quicunque apud hostes, in ipsorum terra, considit." Dixerat autem Abd el ossa:

Laudibus te celebro, mi domine, praeter quem nullus exstat Deus,
Te quidem dominum terrarum, dominumque hominum irrumpentium!

Haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui a Seifo ea cognoverat, cui ea tradiderat Atijje, qui ex Adi ben hâtem ea compererat. Qui dixit: quum in Modajjachenses irrueremus, in hominem incidimus, cui nomen Horkûsso ben ennoomân, Namiritam, apud quem liberi et uxor aderant; adposita iis erat scutella vino plena, quam illi circumstabant. Dicebant hi quidem Horkûsso: „quisnam hac hora bibet, sub extremam noctem?" Horkûs vero: „valedicentis potum jam bibite! Etenim vos suspicor, posthac non bibituros esse unquam. Adest Châled ad El ainam, ejusque cohortes ad El hassîdam adsunt; ipse jam ad eam pervenit, neque sese abstinebit nobis." Addiditque:

Heus! bibite, priusquam irruat calamitas dira;
Fortasse hora suprema jam nobis propinquat necopinantibus.

Quae quum diceret Horkûs, eques quidam in eum insiluit, et caput ei praecidit, quod in scutellam cecidit. Tum ejus filias abduximus, ceterosque domesticos interfecimus.

Exponitur de Etthinjo et Essomeilo. Consederat Rebîa ben bodscheir Taglebita ad Etthinj et El bischr, Akkam ulturus, certumque rei tempus inter eum et Rûschehum, Sermihrum et El hodseilum constitutum erat. Châled vero, postea quam Modajjachenses profligaverat, El kakâam et Abu leilam, qui ante eum iter faciebant, convenit, iisque certam noctem constituit, qua in Rebîam e partibus tribus irrumperent, quemadmodum contra Modajjachenses res acta fuerat. Deinde Châled, ex El modajjacha profectus, ad Haurânam consedit, atque inde ad Errank tetendit. Ex quo loco ad El hamâth perrexit, quam nunc tenet tribus Dschonâde ben soheir, quae ex Kelbitis est. Inde ad Essomeil, id est El bischr, atque ad Etthinj accessit, quod utrumque jam apud Errossâfam, et quidem ab oriente situm est. Tum primum aggressus est Etthinjum. Simul ut enim cum sociis coivit, e partibus tribus noctu in Rebîam irrupit, eosque qui ad eum se junxerant, vel ad eum confugerant, caeterosque, qui ad hanc rem confluxerant. Gladios in eos strinxerunt Moslemi, neque ex illo agmine aliquis salvus evasit, qui nuntium ferret. Châled captivos abduxit adolescentulos, quintamque praedae partem, Deo debitam, ad Abu bekrum perferre jussit Ennoomânum ben auf ben ennoomân Scheibânitam. Aurum et captivos militibus dispertivit. Tum filiam Rebîae ben bodscheir Taglebitae emit Ali ben abi tâleb, qui consalutetur, eamque duxit. Quae Omarum et Rokajjam ex eo peperit. El hodseil vero, quum ex proelio se eripuisset, ad Essomei-

الى قَتْلِ مَلِكٍ يَعْنِي ٱبْنَ نُوَيْرَةَ فيقول ابو بكر كَذٰلِكَ يَلْقَى مَنْ سَاكَنَ أَهْلَ الحرب في ديارهم
وقال عَبْدُ ٱلْعُزَّى

سُبْحَانَ رَبِّي لا إِلٰهَ غَيْرُهُ   رَبِّ ٱلْبِلَادِ وَرَبِّ مَنْ يَتَوَرَّدُ

كتب إليَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن عَطِيَّةَ عن عَدِيِّ بن حاتم قال أَغَرْنَا على أَهْلِ ٱلْمُصَيَّخِ وَإِذا رَجُلٌ يُدْعَى بِٱسْمِهِ حُرْقُوصُ بْنُ ٱلنُّعْمَانِ مِنَ ٱلنَّمِرِ وإذا حوله بَنُوهُ وَٱمْرَأَتُهُ وبينهم جَفْنَةٌ من خَمْرٍ وهم عليها عُكُوفٌ يقولون لـه وَمَنْ يَشْرَبُ هٰذِهِ ٱلسَّاعَةَ وفي أَعْجَازِ ٱللَّيْلِ فقال ٱشْرَبُوا شَرَابَ مُوَدِّعٍ فَمَا أَرَى أَنْ تَشْرَبُوا خَمْرًا بَعْدَهَا هذا خَالِدٌ بِٱلْعَيْنِ وَجُنُودُهُ بِٱلْحَصِيدِ وقد بلغه جَمْعُنَا وَلَيْسَ بِتَارِكِنَا وَقَالَ

أَلَا فَٱشْرَبُوا مِنْ قَبْلِ قَاصِمَةِ ٱلظَّهْرِ   لَعَلَّ مَنَايَانَا قَرِيبٌ وَمَا نَدْرِي

فَسَبَقَ اليه وَهُوَ فِي ذٰلِكَ بَعْضُ ٱلْخَيْلِ فَضَرَبَ رَأْسَهُ فـاذا هـو في جَفْنَتِهِ وَأَخَذْنَا بَنَاتِهِ وقتلنا بَنِيهِ

ٱلثَّنِيُّ وَٱلزُّمَيْلُ ✿ وَقَدْ نَزَلَ رَبِيعَةُ بْنُ بُجَيْرٍ ٱلتَّغْلَبِيُّ ٱلثَّنِيَّ وَٱلْبِشْرَ غَضَبًا لِعَقَّةَ وَوَاعَدَ رُوزَبَهَ وَزَرْمِهْرَ وَٱلْهُذَيْلَ فلما أَصَابَ خالد اهل ٱلْمُصَيَّخِ ما أَصَابَهُمْ به تقدم الى القعقاع والى أَبِي لَيْلَى لِيَرْتَحِلَا أَمَامَهُ وَوَاعَدَهُمُ ٱللَّيْلَةَ لِيَفْتَرِقُوا فيها لِلْغَارَةِ عليهم مِنْ ثَلٰثَةِ أَوْجُهٍ كما فعل بأهل ٱلْمُصَيَّخِ ثم خرج خالد من ٱلْمُصَيَّخِ فَنَزَلَ حَوْرَانَ ثم ٱلرَّنْقَ ثم ٱلْحَمَاةَ وهي اليوم لبني جُنَادَةَ بن زُهَيْرٍ مِنْ كَلْبٍ ثم ٱلزُّمَيْلَ وهـو ٱلْبِشْرُ وَٱلثَّنِيُّ معه وهما اليوم شَرْقِيَّ ٱلرُّصَافَةِ فَبَدَأَ بِٱلثَّنِيِّ وَٱجْتَمَعَ هو واصحابه فَبَيَّتَهُ من ثلثة أَوْجُهٍ بَيَاتًا ومن ٱجْتَمَعَ له وَأَوَى اليه ومن تَأَشَّبَ لذلك من ٱلشُّبَّانِ تَجَرَّدُوا فيهم السيوف فلم يُفْلِتْ من ذلك الجيش مُخْبِرٌ وَٱسْتَبَى ٱلشَّرْخَ وَبَعَثَ بِخُمْسِ ٱللّٰهِ الى ابي بكر مع النعمان بن عَوْفِ بن النعمان ٱلشَّيْبَانِيِّ وَقَسَمَ ٱلنَّهْبَ وَٱلسَّبَايَا فَٱشْتَرَى عَلِيُّ بْنُ أَبِي طَالِبٍ عليه السلام بِنْتَ رَبِيعَةَ بن بُجَيْرٍ ٱلتَّغْلَبِيِّ فَٱتَّخَذَهَا فَوَلَدَتْ له عُمَرَ وَرُقَيَّةَ وكان

miliae emigraverant totae. Qui vero singuli, gente relicta, emigraverant, vocabantur boni. Itaque Moslemorum alii pii, alii boni erant. Post proelium ad Hassîdam commissum praedas magnas ceperunt Moslemi. Qui inde evaserant, ad El chanâfessam fugierunt, ibique coiverunt.

Exponitur de El chanâfessa. Dicit Abu dschafer: Abu leila ben fedekî cum copiis suis, iisque quae ad eum accesserant, El chanâfessam versus profectus est; ad El mehbûdsânum enim, qui ex Hassîda evaserunt, sese receperant. El mehbûdsân vero, ubi Moslemos ad se tendere comperit, cum suis inde effugit, atque ad El modajjacham se recepit, quam El hodseil ben imrân tenebat. Itaque ad El chanâfessam nullus Abu leilae hostis occurrit; de quibus rebus, misso nuntio, certiorem fecerunt Abu bekrum.

Exponitur de Modajjacha Barschâitarum. Dicunt illi: Châledo quum, Hassîdenses profligatos esse, fugamque cepisse Chanâfessenses, renuntiatum esset, litteras ad illos duces dedit, iisque, id est El kakâae, Abu leilae, Abado et Urwae certam noctem et horam constituit, qua ad El modajjacham omnes convenirent, quae inter Haurân et El kalt sita est. Igitur, El aina relicta, ad El modajjacham tetendit Châled, et quidem camelis vectus, equis a latere ductis. Castra metatus est ad El hobâb, El baradân, et El hinj. Deinde ex El hinj profectus est, moxque nocte constituta et hora simul omnes illi ad El modajjacham convenerunt. Tum in El hodseilum, hominesque, qui ad eum se receperant, somno obrutos, e partibus tribus impetum fecerunt, eosque ceciderunt. At El hodseil cum hominibus paucis inde se eripuit. Campus caesis adeo repletus est, *ut eos nonnisi cum ovibus mactatis compararent. Diligenter quidem illos antea admonuerat* Horkûs ben ennoomân, consiliaque iis dederat salutaria; sed ad ejus admonitiones animum non adverterant. Dixit ille Horkûs ben ennoomân ante proelium:

Heus! potum mihi date, priusquam veniant equites Abu bekri!

et versiculos reliquos. Horkûsso femina quaedam desponsata erat, orta tribu Hilâl, cui nomen Omm tagleb, quae illa nocte occisa est. Occisi sunt etiam Obâde ben el bischr et Emrûl kais ben bischr, filii El bûrijjae, ex Hilâlitis. Dscherîr ben abd alla vero dicit: occisus est in proelio ad El modajjacham ex Namiritis Abd el ossa ben abi rohm ben kirwâsch, homo ortus tribu Aus menât ben ennamir, quamvis hic homo et Lebîd ben dscherîr litteras, ab Abu bekro datas, secum gerebant, quibus, Moslemos eos esse, ille testabatur. Deinde Abu bekro nuntiata sunt, quae Abd el ossa, quem ille Abd allam jam nuncupaverat, ea nocte, qua proelium commissum est, exclamaverat; haec videlicet eum clamavisse: „laudibus te celebro, o Deus, domine Mohammedis!“ Propterea pro eo et Lebîdo pretium sanguinis exsolvit Abu bekr, quum in loco pugnae occisi essent. Sed: „profecto! inquit, jure haec non debeo; nam apud hostes illi consederunt.“ Liberis eorum vero ut prospicerent, jussit. Omar Châledum criminatus est, duos hos viros eum necavisse,

البررة وكلّ قوم فاخروا من بعدي يدعون الخيرة فكان المسلمون خيرة وبررة وهم المسلمون يوم حصيد عامر كثيرة وأرز فلال حصيد الى الخنافس فاجتمعوا بها

الخنافس ☆ قال أبو جعفر وسار أبو ليلى بن فدكي بمن معه ومن قدم عليه نحو الخنافس وقد أرزت فلال حصيد الى المهبوذان فلما أحسّ المهبوذان بدنوّهم هرب ومن معه وأرزوا الى المصيّخ وبه الهذيل بن عمران ولم يلق بالخنافس كيدًا وبعثوا الى خالد بالخبر جميعًا

مصيّخ بني البرشاء ☆ قالوا ولمّا انتهى الخبر الى خالد بمصاب اهل الحصيد وهرب اهل الخنافس كتب اليهم ووقّع القعقاع وأبا ليلى وأعبد وعروة ليلة وساعة يجتمعون فيها الى المصيّخ وهو بين حوران والقلت وخرج خالد من العين قاصدًا للمصيّخ على الإبل يجنب الخيل فنزل الجناب والبردان والحنى واستقلّ من الحنى فلما كان تلك الساعة من ليلة الموعد اتّفقوا جميعا بالمصيّخ فأغاروا على الهذيل ومن أوى اليه وهم نائمون من ثلاثة أوجه فقتلوهم وأفلت الهذيل في أناس قليل وامتلأ الفضاء قتلى فما شبّهوا بهم الّا غنمًا مصرّعة وقد كان حرقوص بن النعمان قد نصحهم النصح وأجاد الرأي فلم ينتفعوا بتحذيره وقال حرقوص بن النعمان قبل الغارة

ألا سقّياني قبل خيل أبي بكر

الأبيات وكان حرقوص معرّسًا بامرأة من بني هلال تدعى أمّ تغلب فقُتلت تلك الليلة وعبادة بن البشر وامرؤ القيس بن بشر وهؤلاء بنو البورية من بني هلال وأمّا جرير بن عبد الله فإنّه قال قتل يوم المصيّخ من النمر عبد العزّى بن أبي رهم بن قرواش أخو أوس مناة بن النمر وكان معه ومع لبيد بن جرير كتاب من أبي بكر بإسلامهما وبلغ أبا بكر قول عبد العزّى وقد سمّاه عبد الله ليلة الغارة وقال سبحانك اللهمّ ربّ محمّد فوداه وودى لبيدًا وكانا أصيبا في المعركة وقال أمّا إنّ ذاك ليس عليّ إذ نازلا أهل الحرب وأوصى بأولادهما وكان عمر يعتدّ على خالد بقتلهما

akram remisit El anbâram. Dicit Abu dschafer: quum ad El hiram ille rediret, et ad locum, ex quo urbem ingressurus erat, jam pervenisset, El kakâa Hirenses cum tympanis obviam ei procedere jussit. Prodierunt igitur, illumque tympanorum sonitu exceperunt, dicebant vero alius alii: „tandem a nobis discesserunt illi, jamque discutietur calamitas.“

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui e Mohammede, et Talcha, atque El mohallebo ea compererat. Qui dixerunt: Châled quum in urbe Dumet per aliquod tempus commoratus esset, male de eo opinati sunt Persae, litterasque ad eos dederunt Arabes Dschesîrenses, irati, quod Akkam cecidisset Châled. Itaque Sernihi et Rûsebeh, ad El anbâram versus profecti, inter se constituerunt, ut Hassîdam et El chanâfessam occuparent. Quas res Essibrikan, qui El anbârae praefectus erat, El kakâae ben amr scripsit, qui tunc El hirae Châledi vicem explebat. Itaque El kakâa ad occupandam Hassîdam Abadum ben fedeki Sogditam emisit, ad occupandam El chanafessam vero Urwam ben el dschaad Barekitam, iisque: „si progredientem aliquem conspicitis, certiorem me facite.“ Itaque hi iter ingressi sunt, neque multo post illos, ab agris cultis interclusos, circumvenerunt. Rusebeh vero et Sernihi exspectabant, dum Rebîtae, qui litteras ad eos dederant, contra Moslemos convenient, invicem enim scripserant, atque rem constituerant. Tum Châled, e Dûmet el dschandal El hiram reversus, ut expeditionem susciperet, quum has res cognovisset, quamvis jam in ipsos Madâjinenses invadere constituerat, tamen contra ea, quae jusserat Abu bekr, facere noluit, ne de aliqua re ipsum reprehenderet Abu bekr. Itaque El kakâam ben amr et Abu leilam, Fedekii filium, citato gradu Rusebehum et Sernihium petere jussit, qui, Châledum antecedentes, ad Ain ettamr perrexerunt. Tum ad Châledum litterae Imrul kaisi Kelbitae perlatae sunt, ad El modajjacham castra posuisse El hodseilum ben imrân, et Rebîam ben bodschen cum agmine ad Etthinj et El bischr consedisse, ut Akkam ulciscerentur, et cum Sernihio et Rusebeho convenirent. Quo cognito, Châled iter ingressus est, et primo agmini praefecit El akram ben hâbes, ubi El hirae Ijâdum ben gannâm. Secutus est El kakâam et Abu leilam ad El chanâfessam versus, et ad El ainam in eos incidit. Inde El kakâam in El hassidam emisit, agminique eum praefecit, Abu leilam in Chanafessam, iisque: „pellite illos, inquit, ne cum iis coeant, qui ad ultionem petendam eos incitarunt, nisi in eos invadatis, vos ipsi petent.“ Sed illi loco non moverunt.

Exponuntur quae ad Hassîdam gesta sunt. El kakâa, quum Sernihium et Rusebehum loco non movere cognovisset, ad Hassîdam tetendit. Arabibus vero et Persis, quos praeteribat, Rûsebeh praeerat. Qui, simul ut El kakâam se petere comperit, a Sernihio subsidia flagitavit. Ipse subsidio venit Sernihi, castrisque suis praefectum reliquit El mehbudsânum. Ad Hassîdam cum hostibus confluxerunt, magnamque Persis Deus attulit cladem. Interfecit El kakâa Sernihium. Rusebeh quoque interfectus est, quem confodit Isma ben abd alla, homo ortus tribu El hâreth ben toreif, qui ex Dabbitis sunt. Isma hic ex piis erat. Pii quippe vocabantur quaecunque fa-

خالد بدومة ورد الأقرع الى الأنبار ☆ قال أبو جعفر ولمّا رجع الى الحيرة وكان منها قريبا حيث يصبحها أخذ القعقاع أهل الحيرة بالتقليس فخرجوا يتلقّونه وهم يقلّسون وجعل بعضهم يقول لبعض مرّوا بنا فهذا فرج الشرّ

كتب الىّ السرىّ عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة والمهلّب قالوا وقد كان خالد أقام بدومة فظنّ الأعاجم به وكاتبهم عرب الجزيرة غضبا لعقّة فخرج زرمهر ومعه روزبه يريدان الأنبار واتّعدا حصيدا والخنافس فكتب الزبرقان وهو على الانبار الى القعقاع بن عمرو وهو يومئذ خليفة خالد على الحيرة فبعث القعقاع أعبد بن فدكىّ السعدىّ وأمره بالحصيد وبعث عروة بن الجعد البارقىّ وأمره بالخنافس وقال لهما إن رأيتما مقدما فأخبروني فخرجا فحالا بينهما وبين الريف وأغلقاهما وانتظرا روزبه وزرمهر بالمسلمين اجتماع من كاتبهما من ربيعة وقد كانوا تكاتبوا واتّعدوا فلما رجع خالد من دومة الجندل الى الحيرة على الظهر وبلغه ذلك وقد عزم على مصادمة أهل المدائن كره خلاف ابى بكر وأن يتعلّق عليه بشىء فعجّل القعقاع بن عمرو وأبا ليلى ابن فدكىّ الى روزبه وزرمهر فسبقاه الى عين التمر وقدم على خالد كتاب امرئ القيس الكلبىّ أنّ الهذيل بن عمران قد عسكر بالمصيّخ ونزل ربيعة بن بجير بالثنىّ وبالبشر فى عسكر غضبا لعقّة يريدان زرمهر وروزبه فخرج خالد وعلى مقدّمته الأقرع بن حابس واستخلف على الحيرة عياض بن غنم وأخذ طريق القعقاع وأبى ليلى الى الخنافس حتى قدم عليهما بالعين فبعث القعقاع الى الحصيد وأمّره على الناس وبعث أبا ليلى الى الخنافس وقال زجّياهم ليجتمعوا ومن استثارهم وإلّا فواقعاهم فقصدوا لكما فأبيا الا المقام

خبر حصيد ☆ فلمّا رأى القعقاع أنّ زرمهر وروزبه لا يتحرّكان سار نحو حصيد وعلى من بها من العرب والعجم روزبه ولمّا رأى روزبه القعقاع قد قصد له استمدّ زرمهر فأمدّه بنفسه واستخلف على عسكره المهبوذان فالتقوا بحصيد فاقتتلوا فقتل الله العجم مقتلة عظيمة وقتل القعقاع زرمهر وقيل روزبه قتله عصمة بن عبد الله أحد بنى الحارث بن طريف من بنى ضبّة وكان عصمة من البررة وكلّ فخذ هاجرت بأسرها تدعى

ad eos accesserant Wedia cum Kelbitis et Behritis, ejusque socius Ebn wabara ben rûmâs. Deinde ad eos accesserunt etiam Ebn el hidridschân cum Dadschâcmitis, et Ebn el eihem cum cohortibus pluribus, Gassánitis et Tenúchitis. Qui Ijâdum reppulerunt, eum usque urgentes. Vbi vero de adventu Châledi certiores facti sunt, quum duces duos haberent, Okeidirum ben abd el malek et El dschûdium ben rebia, in diversas sententias discesserunt. Dixit Okeidir: „Châled nulli magis notus quam mihi est. Neque ullus exstat homo, qui in bellis secundiore ave, quam Châled, utatur; neque qui fortior sit. Neque ullum agmen, sive parvum sit, sive magnum, Châledi vultum conspicit, quin ab eo profligetur. Quam ob rem mihi jam obtemperantes, cum illis hominibus pacificamini." Quod quum illi facere nollent, Okeidir: „contra Châledum, inquit, vobiscum non faciam; igitur rem vestram agite." Deinde profectus est, suum consilium persequens. Quod quum cognovisset Châled, obviam illi misit Assemum ben amr; qui illum cepit. Tum Okeidir: „obviam modo ire volui principi vestro, Châledo." Assem Okeidirum ad Châledum adduxit; qui collum ei secari jussit, et, quaecumque ille secum habuerat, sumsit. Deinde Châled, iter persequutus, juxta Dûmenses consedit, quibus praeerant El dschûdî ben rebîa, Wedia Kelbita, Ebn rûmâs Kelbita, Ebn el eihem, et Ebn el hidridschân; ita vero consedit, ut inter ipsius castra et Ijâdi castra Dûmet interposita esset. Arabes Christiani, qui Dûmensibus subsidio venerant, arcem urbis Dûmet circumdabant, quum arx multitudinem non caperet. Châled ubi consedit, contra eum prodiit El dschûdî, secumque sumsit Wediam, quorum uterque ad Châledum subiit. Ebn el hidridschân vero, et Ebn el eihem, contra Ijâdum prodierunt. Signis collatis, Deus per Châledum in fugam conjecit El dschûdium et Wediam, atque etiam Ijâd, qui sibi oppositi erant, hostes fudit. Illos insequuti sunt Moslemi. Ipsum El dschûdium cepit Châled, Wediam El akra ben hâbes. Qui evaserant, ad arcem se receperunt. Sed omnes ea non capiebat; quam ob rem, simul ut arx repleta est, qui in ea inerant, portam clauserunt, sociis exclusis; hi igitur seorsi a caeteris circa arcem vagabantur. Tum Assem ben amr Temimitis: „foederati vestri sunt et principes eorum, et infimi; igitur talia iis facere nequitis." Cui morem gesserunt; quo factum est, ut cohortatio haec, qua illos Temimitis tum commendaverat Assem, salutem illis adferret. Chaled vero eos, qui ad arcem fugerant, aggressus est, totque eorum cecidit, ut porta arcis caesis obturaretur. Deinde, eo jubente, El dschûdio collum secatum est; mox etiam caeteri captivi caesi sunt, praeter Kelbitas, qui capti fuerant. Nam Assem, et El akra ben hâbes, Temimitaeque, dixerunt: „in tutelam eos recepimus." Dimisit igitur eos Châled; sed Temimitis: „quid mihi vobiscum est? inquit; num paganitatem tueri, islamismum vero perdere vultis?" Cui Assem: „salutem iis invidet, attamen eos non profligat satanas." Mox portam Châled adortus est, neque ab ea destitit, quoad eam evulsit. Tum milites interfecerunt, et mulieres abduxerunt, et adolescentes, eosque venumdederunt. Emit Châled filiam El dschûdii, fama celebratam. Mansit ipse in urbe Dûmet, et El

أَتَاهُمْ وَدِيعَةُ فِى كَلْبٍ وَبَهْرَآءَ وَمُسَانِدُهُ ٱبْنُ وَبَرَةَ بن رُومَاسَ واتاهم ٱبْنُ ٱلْحِدْرِجَانِ فِى ٱلضَّجَاعِمِ وَٱبْنُ ٱلْأَيْهَمِ فِى طَوَائِفَ من غَسَّانَ وَتَنُوخَ فَأَشْجَوْا عِيَاضًا وَشَجَوْا به فلما بَلَغَهُمْ دُنُوُّ خَالِدٍ وهم على رَئِيسَيْنِ أُكَيْدِرَ بْنِ عَبْدِ ٱلْمَلِكِ وَٱلْجُودِيِّ بن ربيعة ٱخْتَلَفُوا فقال أُكَيْدِرُ أَنَا أَعْلَمُ ٱلنَّاسِ بِخَالِدٍ لَا أَحَدَ أَيْمَنُ طَائِرًا منه فى حَرْبٍ ولا أَحَدَّ منه ولا يَرَى وَجْهَ خَالِدٍ قَوْمٌ أَبَدًا قَلُّوا أَمْ كَثُرُوا إِلَّا ٱنْهَزَمُوا عنه فَأَطِيعُونِى وَصَالِحُوا ٱلْقَوْمَ فَأَبَوْا عليه فقال لَنْ أُمَالِئَكُمْ على حَرْبِ خَالِدٍ فَشَأْنَكُمْ فَخَرَجَ لِطِيَّتِهِ وبلغ ذلك خالدا فَبَعَثَ عَاصِمَ بْنَ عَمْرٍو مُعَارِضًا فَأَخَذَهُ فقال إِنَّمَا تَلَقَّيْتُ ٱلْأَمِيرَ خَالِدًا فلما أُتِىَ به خَالِدًا أَمَرَ به فَضُرِبَتْ عُنُقُهُ واخذ ما كان معه من شى ومضى خالد حتى يَنْزِلَ على اهل دُومَةَ وعليهم ٱلْجُودِىُّ بْنُ رَبِيعَةَ وَوَدِيعَةُ ٱلْكَلْبِىُّ وَٱبْنُ رُومَاسَ ٱلْكَلْبِىُّ وَٱبْنُ ٱلْأَيْهَمِ وَٱبْنُ ٱلْحِدْرِجَانِ فَجَعَلَ خالد دُومَةَ بين عسكره وعسكر عِيَاضٍ ۞ وَكَانَ ٱلنَّصَارَى الذين أَمَدُّوا أَهْلَ دُومَةَ من العرب مُحِيطِينَ بِحِصْنِ دُومَةَ لم يَحْمِلْهُمُ الحصن فلما ٱطْمَأَنَّ خالد خرج ٱلْجُودِىُّ فَنَهَضَ بِوَدِيعَةَ فَزَحَفَا لِخَالِدٍ وخرج ٱبْنُ ٱلْحِدْرِجَانِ وابن الايهم الى عِيَاضٍ فاقتتلوا فَهَزَمَ ٱللّٰهُ ٱلْجُودِىَّ وَوَدِيعَةَ على يدى خالد وَهَزَمَ عِيَاضٌ مَنْ يَلِيهِ وَرَكِبَهُمُ المسلمون فَأَمَّا خالد فانه ٱخْتَذَ ٱلْجُودِىَّ أَخْذًا وَأَخَذَ ٱلْأَقْرَعُ بن حَابِسٍ وَدِيعَةَ وَأَرَزَ بَقِيَّةُ الناس الى الحصن فلم يَحْمِلْهُمْ فلما ٱمْتَلَأَ ٱلْحِصْنُ أَغْلَقَ مَنْ فى الحصن دُونَ اصحابهم فَبَقُوا حَوْلَهُ حُرَدَآءَ ۞ وقال عَاصِمُ بن عمرو يَا بَنِى تَمِيمٍ حُلَفَاؤُكُمْ آسُوهُمْ وَأَجِيرُوهُمْ فَإِنَّكُمْ لا تَقْدِرُونَ على مثلها لهم فَفَعَلُوا وَكَانَ سَبَبَ نَجَاتِهِمْ يَوْمَئِذٍ وَصِيَّةُ عَاصِمٍ بَنِى تَمِيمٍ بِهِمْ وَأَقْبَلَ خالد على الذين أَرَزُوا الى الحصن فَقَتَلَهُمْ حتى سُدَّ بهم باب الحصن ودعا خالد بِٱلْجُودِىِّ فَضَرَبَ عُنُقَهُ ودعا بِٱلْأَسْرَى فَضَرَبَ اعناقهم إِلَّا أَسَارَى كَلْبٍ فَإِنَّ عَاصِمًا وَٱلْأَقْرَعَ بْنَ حَابِسٍ وبنى تميم قالوا لَقَدْ آمَنَّاهُمْ فَأَطْلَقَهُمْ لهم خالد وقال مَا لِى وَلَكُمْ أَتَحْفَظُونَ أَمْرَ ٱلْجَاهِلِيَّةِ وَتُضَيِّعُونَ أَمْرَ ٱلْإِسْلَامِ فقال له عَاصِمٌ تَحْسُدُهُمُ الْعَافِيَةَ وَلَا يُحَوِّزُهُمُ ٱلشَّيْطَانُ ثم أَطَافَ خَالِدٌ بالباب فلم يَزَلْ عنه حتى ٱقْتَلَعَهُ واقتحموا عليهم فَقَتَلُوا ٱلْمُقَاتِلَةَ وَسَبَوُا ٱلذُّرِّيَّةَ وَٱلشَّرْخَ فَأَقَامُوهُمْ فيمن يزيد فَٱشْتَرَى خَالِدٌ ٱبْنَةَ ٱلْجُودِىِّ وكانت مَوْصُوفَةً وَأَقَامَ

Speraverant hi homines, Châledum alia atque Arabes, qui incursiones facerent, non moliturum esse; quum vero eum sibi instare viderent, pacem petierunt. Quam concedere noluit, nisi ipsius arbitrio se dederent. Ad quam conditionem quum accessissent, portamque reclusissent, tradidit illos Moslemis, qui eos constrinxerunt. Tum Châled Akkae, illorum hominum principi, collum secari jussit, ut caeteri captivi de vita desperarent. Qui simul ut illum in ponte prostratum conspexerunt, de vita sua actum esse, intellexerunt. Deinde Amro ben essaëk collum secari jussit; atque denique omnibus, qui in castello adfuerant, colla secata sunt. Captivas abduxit, quae in castello repertae sunt, mulieres, bonaque praedatus est. In illorum templo quadraginta juvenes invenerunt, evangelio studentes, qui fores occluserant. Fores effregit Châled, iisque: „quinam estis?“ inquit. Illi vero: „obsides sumus.“ Tum fortissimis militibus eos dispertivit. Erant ex iis Abu sijâd, Thakifitarum cliens, Abu nassir, Abu mûssa, Abu amra, qui avus fuit Abd allae ben abd el ala poëtae, Sirin, pater Mohammedis ben sirin, Horeith, et Olâtha. Obtigit Abu amra Schorachbilo ben hassana, Horeith homini cuidam Ebâditae, Olâtha El moannae, Homrân Othmâno. Erant ex iis porro Omeir et Abu kais, quem ab antiquis Syrorum clientibus ortum esse constitit; Abu nassir ab Jeschkoritis genus repetebat, Abu amra a Morritis. Erat ex iis etiam filius quidam sororis Ennamiri. Haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui e Seifo ea compererat, cui ea tradiderant Mohammed, et Talcha, et Abu sofjân talcha ben abd errachmân, atque El mohalleb ben okba. Qui dixerunt: El walid ben okba quum, a Châledo legatus, cum quinta, quam Châled ei tradiderat, praedae parte ad Abu bekrum, cujus misereatur Deus, pervenisset, Abu bekr eum ad Ijâdum contendere jussit, ut huic subsidio esset. Porrexit igitur El walid ad Ijâdum, qui tunc obsidione quidem premebat hostes, sed et ipse ab iis ita premebatur, ut iter sibi interclusum esset. Cui El walid: „consilium nonnunquam agmini numeroso praestat; nuntium ad Châledum mitte, subsidiaque ab eo pete.“ Quod ille fecit. Nuntius ejus vero postridie proelium, quod ad El ain commissum est, ad Châledum parvenit. Cito igitur ille ad Ijâdum rescripsit: „Haec a Châledo ad Ijâdum data sunt. Tecum loquor:

Exspecta paulisper, dum ad te veniant agmina,
Quae gerunt arma, quibusque praeest politor,
Cohortes, quibus succedunt cohortes.“

Exponuntur quae ad Dûmet el dschandal gesta sunt. Châled, omnibus rebus, quae ad Ain ettamr spectabant, compositis, urbi praefecit Oweimum ben el kâhel Aslamitam; ipse vero cum exercitu sic disposito, quemadmodum El ainam ingressus cum instruxerat, ultra profectus est. Incolae urbis Dûmet simul ut, in se jam invadere Châledum, certiores facti sunt, nuntios miserunt ad socios suos, Behritas, Kelbitas, Gassânitas, Tenûchitas, Dadschâemitas. Prius jam

وهم يرجون أن يكون خالد كمن كان يغير من العرب فلما رأوه يحاولهم سألوه الأمان فأبى إلا على حكمه فسلسوا له به فلما فتحوا له دفعهم الى المسلمين فصاروا مساكا وأمر خالد بعقة وكان خفير القوم فضربت عنقه ليؤيس الأسراء من الحيوة ولما رآه الأسراء مطروحا على الجسر يئسوا من الحيوة ثم دعا بعمرو بن الصعق فضربت عنقه وضرب اعناق اهل الحصن اجمعين وسبى كل من حوى حصنهم وغنم ما فيه ووجدوا في بيعتهم اربعين غلاما يتعلمون الانجيل عليهم باب مغلق فكسره عنهم وقال ما أنتم قالوا رهن فقسمهم في اهل البلاء منهم ابو زياد مولى ثقيف ومنهم أبو نصير وابو موسى ومنهم ابو عمرة جد عبد الله بن عبد الأعلى الشاعر وسيرين ابو محمد بن سيرين وحريث وعلاثة فصار أبو عمرة لشرحبيل بن حسنة وحريث لرجل من بني عباد وعلاثة للمعنى وحمران لعثمان ومنهم عمير وابو قيس ثبت على نسبه من موالي اهل الشام القدماء وكان أبو نصير ينتسب الى بني يشكر وأبو عمرة الى بني مرة ومنهم ابن أخت النمر ☆ كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وأبي سفيان طلحة بن عبد الرحمن والمهلب بن عقبة قالوا ولما قدم الوليد بن عقبة من عند خالد على ابي بكر رحمه الله بما بعث اليه من الاخماس وجهه الى عياض وأمده به فقدم عليه الوليد وعياض محاصرهم وهم محاصروه وقد أخذوا عليه بالطريق فقال له الرأي في بعض الحالات خير من جند كثيف ابعث الى خالد فاستمده ففعل فقدم رسوله غب وقعة العين مستغيثا فعجل الى عياض بكتابه من خالد الى عياض إياك أريد

لبث قليلا تأتك الحلائب   يحملن آسادا عليها القاشب
كتائب تتبعها كتائب

خبر دومة الجندل ☆ ولما فرغ خالد من عين التمر خلف عليها عويم بن الكاهل الأسلمي وخرج في تعبيته التي دخل فيها العين ولما بلغ اهل دومة مسير خالد اليهم بعثوا الى أحزابهم من بهراء وكلب وغسان وتنوخ والضجاعم وقبل ما دن

Respondit ille „*tota quidem terra, praeter aliquot castella et arces*, quas partim per pactionem, partim per vim cepit“ Tum ego „num in clientelam, quam ipsi sibi paraverant, recepti sunt Sewâdenses?“ Atque ille „minime hoc, neque, nisi postquam ad tributum vocati fuerant, idque susceperant et dederant, clientes facti sunt“

Exponitur de Ain ettamr Haec ad me scripsit Essirri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui e Mohammede, Talcha, El mohallebo, et Sjâdo ea compererat Qui dixerunt Châled, omnibus, quae ad El anbâram spectabant, bene compositis et institutis, ibi praefecit Essibrikânum ben bedr, ipse vero ad urbem Ain ettamr perrexit, in qua tunc commorabantur Mihran ben behrâm dschubin cum Persis multis, et Akka ben abi akka cum Arabibus multis, Nemiritis, Taghlebitis, Ijâditis, aliisque, qui ad eos confluxerant Qui quum, Châledum adpropinquare, audivissent, Mihrâno Akka „Arabes sane, inquit, ad debellandos Arabes magis idonei sunt, itaque nobis Chaledum permitte“ Cui Mihrân „recte dicis, per vitam meam, ad debellandos Arabes vos magis idonei estis, atque ad Persas profligandos tantumdem, quantum nos, valetis“ Sed fallacia utebatur, neque, illo praemisso, nisi a se ipso hostes propulsare volebat Itaque addidit „invadite jam in illos, si nostri indigebitis, opem vobis feremus“ Persae vero, postea quam in Chaledum progressus erat Akka, Mihrâno „quid tibi fuit causae, inquiunt, ut isti canu illa diceres?“ Quibus Mihrân „sinite me, non intendi, nisi quae vobis prosint, illisque noceant Jam enim hostis in vos irruit, qui reges vestros delevit, aciemque vestram hebetavit, quem, istis praemissis, a vobis propulsare volui Nam si contra Châledum illi rem bene gerunt, hoc e re vestra erit Sin minus, vos item non incidetis in hostes, nisi quum fessi erunt Tum nos viribus pollentes invademus in illos jam exhaustos“ Quibus auditis, prudentia eum praestare confessi sunt Mansit igitur Mihrân El ainu, Châledoque obviam incessit Akkam Cujus alae dextrae praeerat Bodscheir ben fulân, homo ortus tribu Obeid ben saad ben sehen, laevae vero El hodseil ben imrân, a Mihrâno Akka unius vesperae iter aberat, vel quantum uno mane conficitur Mihrân cum praesidiariis Persis in loco munito se continuit, dum Akka viam ingrediebatur, quae ad El karchum itur, quasi El chafirum peteret Ibi Châled in eum incidit, aciemque ab eo jam instructam Aciem itaque instruxit etiam Châled, cornibusque suis „prohibete a nobis, inquit, illius vim, impetum enim jam faciam“ Propugnatores igitur sibi constituit, et in Akkam irruit, ordines suos disponentem, eumque medium arripuit, et parvo negotio cepit quo facto, acies Akkae sine dimicatione dissoluta est, multosque eorum ceperunt Fugae se mandarunt etiam Bodscheir et El hodseil, quos insequuti sunt Moslemi Quae quum nuntiata essent Mihrâno, cum agmine suo fugit, castello relicto Fugientes Akkae milites vero, tum Arabes, tum Persae, quum ad castellum pervenissent, id intrarunt, eoque se tuti sunt Mox cum militibus eo accessit etiam Châled, et ante castellum consedit, captivos secum adduxit Akkam et Amrum ben essack

عَنْوَةً قال وَكُلّ ارض إلّا بعض القلاع والحصون فإنّ بَعْضَهُمْ صَالَحَ وَبَعْضُهُمْ غَالَبَ قُلْتُ فَهَلْ لِأَهْلِ السواد ذِمَّةٌ ٱعْتَقَدُوهَا قبل ٱلْهَرَبِ قال لا فَلٰكِنَّهُمْ لما دُعُوا وَرَضُوا بالخراج وَأُخِذَ منهم صاروا ذِمَّةً

عَيْنُ ٱلتَّمْرِ ۞ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن محمد وَطَلْحَةَ وَٱلْمُهَلَّبِ وزياد قالوا وَلَمَّا فَرَغَ خَالِدٌ مِنَ ٱلْأَنْبَارِ وَٱسْتَحْكَمَتْ له ٱسْتَخْلَفَ على ٱلْأَنْبَارِ ٱلزِّبْرِقَانَ بن بَدْرٍ وَقَصَدَ لِعَيْنِ ٱلتَّمْرِ وبها يومئذ مِهْرَانُ بن بَهْرَامَ جُوبِينَ فى جَمْعٍ عظيم من العجم وَعَقَّةُ بن أَبِي عَقَّةَ فى جمع عظيم من العرب مِنَ ٱلنَّمِرِ وَتَغْلِبَ وَإِيَادٍ وَمَنْ لَاقَّهُمْ فلما سمعوا بخالد قال عَقَّةُ لِمِهْرَانَ إِنَّ ٱلْعَرَبَ أَعْلَمُ بِقِتَالِ ٱلْعَرَبِ فَدَعْنَا وَخَالِدًا قال صَدَقْتَ لَعَمْرِي لَأَنْتُمْ أَعْلَمُ بقتال العرب وَإِنَّكُمْ لَمِثْلُنَا فى قتال ٱلْعَجَمِ فَخَدَعَهُ وَٱتَّقَى به وقال دُونَكُمُوهُمْ وَإِنِ ٱحْتَجْتُمْ إِلَيْنَا أَعَنَّاكُمْ فلما مضى نَحْوَ خالد قالت له الاعاجم مَا حَمَلَكَ عَلَى أَنْ تَقُولَ هذا القول لهذا ٱلْكَلْبِ قال دَعُونِي فَإِنِّي لَمْ أُرِدْ إِلَّا ما هو خير لكم وَشَرٌّ لهم إِنَّهُ قد جاءكم مَنْ قَتَلَ مُلُوكَكُمْ وَفَلَّ حَدَّكُمْ فَٱتَّقَيْتُهُ به فَإِنْ كانت لهم على خالد فَهِيَ لكم وَإِنْ كانت ٱلْأُخْرَى لَمْ تَبْلُغُوا منهم حتى يَهِنُوا فَنُقَاتِلَهُمْ وَنَحْنُ أَقْوِيَاءُ وَهُمْ مُضْعَفُونَ فَٱعْتَرَفُوا له بِفَضْلِ ٱلرَّأْيِ عليهم فَلَزِمَ مِهْرَانُ ٱلْعَيْنَ ونزل عقة لخالد على الطريق وعلى مَيْمَنَتِهِ بُجَيْرُ بن فُلَانٍ أَحَدُ بنى عُتْبَةَ بن سَعْدِ بن زهير وعلى مَيْسَرَتِهِ ٱلْهُذَيْلُ بن عِمْرَانَ وبين عَقَّةَ وَمِهْرَانَ رَوْحَةٌ او غَدْوَةٌ وَمِهْرَانُ فى حِصْنٍ فى رَابِطَةِ فَارِسَ وَعَقَّةُ على طريق ٱلْكَرْخِ كَٱلْخَفِيرِ فقدم عليه خالد وهو فى تَعْبِئَةِ جُنْدِهِ فَعَبَّى خالد جنده وقال لِمُجَنِّبَتَيْهِ ٱكْفُونَا ما عنده فَإِنِّي حَامِلٌ وَوَكَّلَ بِنَفْسِهِ حَوَامِيَ ثم حَمَلَ وَعَقَّةُ يُقِيمُ صُفُوفَهُ فَٱحْتَضَنَهُ فأخذه أَسِيرًا وَٱنْهَزَمَ صَفُّهُ من غير قتال فَأَكْثَرُوا فيهم ٱلْأَسْرَ وهرب بُجَيْرٌ والهذيل وَٱتَّبَعَهُمُ المسلمون ولما جاء ٱلْخَبَرُ مِهْرَانَ هرب فى جنده وتركوا ٱلْحِصْنَ ولما ٱنْتَهَوْا فُلَالُ عَقَّةَ من العرب والعجم الى ٱلْحِصْنِ اقتحموه وَٱعْتَصَمُوا به وَأَقْبَلَ خالد فى الناس حتى نزل على ٱلْحِصْنِ ومعه عَقَّةُ أَسِيرٌ وعمرو بن ٱلصَّعِقِ

runt illius legati. Châled autem debilissimos camelos, qui in exercitu aderant, ad angustissimum fossae locum adduxit, ibique eos jugulavit, et in fossam projecit, quae hoc modo oppleta est; deinde in fossam irruentes, camelos illos pro pontibus habuerunt. In fossa igitur, prope arcem illorum, Moslemi et polytheistae manus conseruerunt. Tum iterum, legatis ad Châledum missis, pacem petiit Schirsâds, et quae ille propositurus esset, ad ea se accessurum esse dixit. Itaque pax ea conditione convenit, ut Châled Schirsâdsum dimitteret, eumque in locum tutum abire sineret cum turma una, quae neque supellectilem, neque bona secum auferret. Sic inde abiit Schirsâds, et Behmenum dschâdsuweih convenit, eique, quae gesta erant, exposuit. Objurgavit eum Behmen dschâdsuweih; sed Schirsâds: „inter homines aderam, inquit, intelligentiae expertes, ab Arabibus ortos; qui, ubi hostes ad nos adgressi sunt, in semet ipsos sententiam pronuntiarunt. Neque sententia in eos pronuntiata est, quin in eos caderet. Cum exercitu in eos invasit Châled, et horum hominum, terraeque incolarum oculorum mille confodit. Tum, pacificationem consilii esse, intellexi." *Dicit Abu dschafer: Châled et Moslemi quum El anbârae consedissent, urbe potiti,* incolas arabice scribere, et linguam arabicam discere vidit Châled. Quam ob rem iis „quinam estis?" inquit. Illi vero: „gens arabica, quae apud aliam consedit gentem arabicam, quae ante nos hic versabatur." Majores nempe eorum Bochtanassari tempore, quum Arabibus El irâkam ille permisisset, ibi consederant, neque usque istinc inde discesserant. Tum Châled: „a quonam scripturam didicistis?" Atque illi: „ab Ejâditis eam didicimus;" recitaruntque verba poetae:

Gens mea sunt Ejâditae, qui si aut populi essent,
Aut mansissent, tum mansisset felicitas;
Gens illa, quae campos El irâkae obtinebat,
Quando surgebat tota, quae tabulam gerebat et calamum.

Deinde Châled vicinis pacem concessit, et quidem primis El bewâsidschae incolis. Legatos ad eum miserunt etiam incolae Kelwâdsae, et petierunt, ut cum iis pacificaretur; litteras igitur ad eos dedit. Quicunque vero trans Tigridem incolebant, nihil eum curabant. Postea autem Anbârenses eorumque vicini in iis, quae inter Moslemos et polytheistas gesta sunt, foedifragi exstiterunt, praeter incolas El bewâsidschae, qui juxta atque incolae Bânikijae fidem praestiterunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui ex Abd el asîso, id est Ebn sijâho, ea compererat, cui ea tradiderat Habib ben abi thâbet. Qui dixit: pactio non confecta est ante illud proelium cum Sewâdensi ullo, nisi cum gentilibus Salûbae, qui Hirenses sunt, et Kelwâdsensibus, et nonnullis civitatibus ad Euphratem sitis. Deinde hi rebellarunt, quoad post rebellionem factam ad clientelam vocati sunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo tradita fuerant, qui e Mohammede ben kais ea compererat. Qui dixit: dixi Esschobio: „num per vim subacta est provincia Sewâdensis?"

فرد رسله وأتى خالد أضيق مكان في الخندق برذايا الجيش فنحرها فرمى بها فيه فأفعمه ثم اقتحم الخندق والرذايا جسورهم فاجتمع المسلمون والمشركون في الخندق الى حصنهم وراسل شيرزاذ خالدا في الصلح على ما أراد فقبل منه على أن يخليه ويلحقه بمأمنه في جريدة ليس معهم من المتاع والاموال شيء فخرج شيرزاذ فلما قدم على بهمن جاذويه فاخبره لامه بهمن جاذويه فقال إني كنت في قوم ليست لهم عقول وأصلهم من العرب فسمعتهم مقدمهم علينا يقضون على أنفسهم وما قضى قوم على أنفسهم قضاء إلا وجب عليهم ثم قاتلهم الجند ففقؤوا منهم ومن اهل الارض ألف عين فعرفت أن المسالمة أسلم قال أبو جعفر ولما اطمأن خالد بالأنبار والمسلمون وظهروا رآهم يكتبون بالعربية ويتعلمونها فسألهم ما أنتم فقالوا قوم من العرب نزلنا الى قوم من العرب قبلنا وكانت أوائلهم نزلوها أيام بختنصر حين أباح العراق العرب ثم لم تزل عنها فقال ممن تعلمتم الكتاب فقالوا تعلمنا من إياد وأنشدوه قول الشاعر

قومي إياد لو أنهم أمم ... أو لو أقاموا أقامت النعم

قوم لهم باحة العراق اذا ... ساروا جميعا واللوح والقلم

وصالح خالد من حولهم وبدأ بأهل البوازيج وبعث اليه أهل كلواذى ليعقد لهم فكاتبهم فكانوا عيبته من وراء دجلة ثم إن أهل الأنبار وما حولها نقضوا فيما كان يكون بين المسلمين والمشركين من الدول ما خلا أهل البوازيج فإنهم ثبتوا كما ثبت أهل بانقيا ✿ كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن عبد العزيز يعني ابن سياه عن حبيب بن ابي ثابت قال ليس لأحد من اهل السواد عهد قبل الوقعة إلا بني صلوبا وهم اهل الحيرة وكلواذى وقرى من قرى الفرات ثم غدروا حتى دعوا الى الذمة بعد ما غدروا ✿ كتب إلي السري عن شعيب عن سيف عن محمد بن قيس قال قلت للشعبي أخذ السواد

Caput septimum decimum.

Moslemi expugnant El anbâram, Ain ettamram et Dumet el dschandalam.

Exponuntur quae ad El anbâram gesta sunt, id est proelium oculorum, et quae ad Kelwâdsam. Haec ad me scripsit Essurii, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui a Seifo tradita fuerant, qui e Mohammede, et Talcha eorumque sociis ea compererat. Qui dixerunt: iter ingressus est Châled ben el walid cum exercitu sic disposito, quemadmodum ex El hira egressus eum instruxerat, primo agmini praeerat El akra ben hâbes. Qui quum in stationem illam pervenisset, ex qua ad ipsam El anbâram accessurus erat, nonnullorum Moslemorum camelae fetus enixae sunt. Commorari vero ibi non poterant homines, sed procedendum erat, quamvis pullos secum haberent, qui sequerentur. Quam ob rem, ubi vasa conclamata sunt, matrum ubera constrinxerunt, fetusque recens natos, quum ipsi iter facere non possent, pone tergum imposuerunt camelis, ita hi camelis vecti, ad El anbâram pervenerunt. Anbarenses vero urbem muniverant, fossamque duxerant, et ex arce sua jam despiciebant. Praeerat his cohortibus Schirsâds, praefectus Sâbâtae, Persarum tunc prudentissimus, et illustrissimus, et clementissimus in homines, quum Arabes, tum Persas. Arabes Anbârenses tunc pacem inter se inierunt, ac dixerunt: „irrumpit jam in El anbâram aliquid calamitosi, camela fert fetum suum, feruntque dominos recens enixae." Tum Schirsâds: „quid dicunt hi?" atque illi interpretati sunt. Schirsâds vero: „quod hos homines attinet, sententiam in semet ipsos pronuntiarunt, quae parum abest, ut in eos cadat, nisi nos praeterierit Châled, equidem cum eo pacificabor." Qui dum ita sermones inter se contulerunt, ad primum agmen accessit Châled, ordinesque obivit, moxque proelio decertatum est. A proelio ipse aegre temperabat, simul ut aut oculis id videret, aut audiret. Ad sagittarios accessit, iisque haec mandata dedit: „homines cerno, qui bellum non callent, in oculos illorum tela projicite, neque praeterea quidquam petite." Unum igitur telorum nimbum illi conjecerunt, moxque alterum, quibus telis quum mille oculorum confossus esset, pugnam hanc proelium oculorum nuncuparunt. Tum conclamantes homines: „actum est de oculis Anbârensium!" Schirsâds vero: „quid dicunt hi?" Quod quum interpretati essent, ille: „pro Ijâditae! pro Ijâditae!" Itaque cum Châledo de pace egit, sed conditiones proposuit, ad quas Châled non accessit. Repulsam igitur tule-

حديث الأنبار وهى ذات العيون وذكر كلواذى ✿ وحدثنى السرى عن شعيب عن سيف عن محمد وطلحة وأصحابهما قالوا خرج خالد بن الوليد فى تعبئته التى خرج فيها من الحيرة وعلى مقدمته الأقرع بن حابس فلما نزل الأقرع المنزل الذى يسلمه الى الأنبار أنتج قوم من المسلمين إبلهم فلم يستطيعوا العرجة ولم يجدوا بدا من الإقدام ومعهم بنات مخاض تتبعهم فلما نودى بالرحيل صروا الأمهات واحتقبوا المنتوجات لأنها لم تطق السير فانتهوا ركبانا الى الأنبار وقد تحصن اهل الانبار وخندقوا عليهم وأشرفوا من حصنهم وعلى تلك الجنود شيرزاذ صاحب ساباط وكان أعقل أعجمى يومئذ وأسوده وأقنعه فى الناس العرب والعجم فتصايح عرب الأنبار يومئذ وقالوا صبح الأنبار شر جمل يحمل جمله وجمل ربه عود فقال شيرزاذ ما يقولون ففسر له فقال اما هؤلاء فقد قضوا على انفسهم قضاء كاد يلزمهم والله لئن لم يكن خالد مجتازا لأصالحنه فبيناهم كذلك قدم خالد على المقدمة فأطاف بالخندق وأنشب القتال وكان قليل الصبر عنه اذا رآه او سمع به وتقدم الى رماته وأوصاهم وقال انى لأرى أقواما لا علم لهم بالحرب فارموا عيونهم ولا توخوا غيرها فرموا رشقا واحدا ثم تابعوا ففقئ ألف عين يومئذ فسميت تلك الوقعة ذات العيون فتصايح القوم ذهبت عيون أهل الأنبار فقال شيرزاذ ما يقولون ففسر له فقال آباذ آباذ فراسل خالدا فى الصلح على أمر لم يرضه خالد

disjectis, Moslemos a tergo peti non posse videritis, alter vestrum El hirae consistat, alter in hostem invadat. Expugnate quae illi possident, auxiliumque a Deo petite, eumque veremini. Vitam futuram anteponite praesenti; tum enim utraque vobis continget; praesentem anteponere nolite, ne utraque privemini. Cavete quae caveri Deus jussit, vitiis abjectis, accelerataque mentis emendatione. Absit a me, pervicacem esse, et procrastinare emendationem mentis." Haec jussa exsequutus est Châled, et El hîram reliquit, terris, quae inter El felâlidsch et inferiorem provinciam Sewâdensem jacent, pacatis. Tum Sewâdam Hirensem dispertivit inter Dscheirum ben abd alla Himjaritam, Beschîrum ben el chassâssijje, Châledum ben el wâschime, Ebn dsil unuk, Ottum, et Soweidum ben derâr. Sewâdam Obollensem vero dispertivit inter Soweidum ben mokarren, Hassakam Dschebolensem, El hossainum ben abil horr, et Rebîam ben assal. Qui ad confinia hostium praesidia disposuerunt. Châled in provinciam Jjâdi profectus est, ut quae inter ipsum et Jjâdum agebantur, componeret, illumque adjuvaret. Transiit El fellûdscham, castraque ad Kerbelâam posuit, cujus praesidio praeerat Assem ben amr. Primo agmini Châledi praeerat El akra ben hâbes; nam El mothanna confinium quoddam hostium, e regione El madâïnae situm, tuebatur. Subinde in Persas excurrebant, usque ad ripam Tigridis progressi, ante quam El hîram reliquerat Châled, atque etiam postea quam ad Jjâdum adjuvandum profectus erat. Dicit Abu dschafer: eadem ad me scripsit Essurri, ut a Schoaibo tradita, qui a Seifo ea acceperat, cui ab Abu rauk tradita fuerant, cui haec tradiderant homines, qui apud illos adfuerant. Qui dixit: quum ad Kerbelâam per aliquot dies commoraretur Châled, de muscis ibi questus est Abd alla ben wethîma. Cui Châled: „patienter haec fer; disponere modo constitui praesidia omnia, quae imperavit chalîfa, cujus consilium tantumdem ponderis habet, quantum incommodum, quo adficimur." Tum homo quidam Aschdschaita in ea, quae Ebn wethîma questus erat, dixit haec:

1. Continentur adeo ad Kerbelâam jumenta mea,
   Et ad El ainam, ut etiam obesa macrescant;
2. Simul ut recubandi locum reliquerunt, eo redeunt;
   At, per vitam meam! apage! haud ea parvi facio.
3. Prohibent ea jamjam a pastu et a potu
   Examina muscarum, quibus oculi caerulei sunt.

وَأَمِنْتُمْ أَنْ يُؤْتَى المسلمون من خَلْفِهِمْ فَلْيَقُمْ بِٱلْحِيرَةِ أَحَدُكُمْ وَلْيَقْتَحِمِ ٱلْآخَرُ على القوم وَجَالِدُوهُمْ عَمَّا فِى أَيْدِيهِمْ وَٱسْتَعِينُوا بالله وَٱتَّقُوهُ وَآثِرُوا أَمْرَ ٱلْآخِرَةِ على ٱلدُّنْيَا يُجْمَعَا لكم ولا تُؤْثِرُوا ٱلدُّنْيَا وَتُسْلَبُوهُمَا وَٱحْذَرُوا ما حَذَّرَكُمُ ٱللّٰهُ بِتَرْكِ ٱلْمَعَاصِى وَمُعَاجَلَةِ ٱلتَّوْبَةِ وَإِيَّاىَ وَٱلْإِصْرَارَ وَتَأْخِيرَ ٱلتَّوْبَةِ فَأَتَى خَالِدٌ على ما كان أُمِرَ به وَتَرَكَ ٱلْحِيرَةَ واستقام له ما بين ٱلْفَلَالِيجِ الى أَسْفَلِ السواد وَفَرَّقَ سَوَادَ ٱلْحِيرَةِ يَوْمَئِذٍ على جَرِيرِ بن عبد الله ٱلْحِمْيَرِيِّ وبشير بن ٱلْخَصَاصِيَّةِ وخالد بن ٱلْوَاشِمَةِ وابن ذِى ٱلْعُنُقِ وَأُطٍّ وسويد بن ضِرَارٍ وَفَرَّقَ سَوَادَ ٱلْأُبُلَّةِ على سُوَيْدِ بن مُقَرِّنٍ وَحَسَكَةَ ٱلْحَبَطِىِّ وَٱلْحُصَيْنِ بن أَبِى ٱلْحُرِّ وربيعة بن عَسَلٍ وَأَقَرُّوا ٱلْمَسَالِحَ على ثغورهم فَٱسْتَخْلَفَ على الحيرة القعقاع بن عَمْرٍو وَخَرَجَ خالد فى عَمَلِ عِيَاضٍ لِيَقْضِىَ ما بينه وبينه وَلِإِغَاثَتِهِ فَسَلَكَ ٱلْفَلُّوجَةَ حتى نزل بِكَرْبَلَآءَ وعلى مَسْلَحَتِهَا عاصم بن عمرو وعلى مُقَدِّمَةِ خَالِدٍ ٱلْأَقْرَعُ بن حَابِسٍ لِأَنَّ ٱلْمُثَنَّى كان على ثَغْرٍ من الثغور التى على ٱلْمَدَآئِنِ فكانوا يُغَاوِرُونَ أَهْلَ فَارِسَ فَيَنْتَهُونَ الى شَاطِئِ دِجْلَةَ قبل خروج خالد من الحيرة وبعد خُرُوجِهِ فى إِغَاثَةِ عِيَاضٍ ☆ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ كَتَبَ إِلَىَّ ٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن أَبِى رَوْقٍ عَمَّنْ شَهِدَهُمْ بِمِثْلِهِ قال وَأَقَامَ خالد على كَرْبَلَآءَ أَيَّامًا وَشَكَا اليه عَبْدُ ٱللّٰهِ بن وَثِيمَةَ ٱلذُّبَابَ فقال له خالد ٱصْبِرْ فَإِنِّى إِنَّمَا أُرِيدُ أَنْ أَسْتَفْرِغَ ٱلْمَسَالِحَ التى أَمَرَ بها الخليفة وَرَأْيُهُ يَعْدِلُ نَجْدَةَ ٱلْأُمَّةِ وَقَالَ رَجُلٌ من أَشْجَعَ فيما شَكَا ٱبْنُ وَثِيمَةَ

لَقَدْ حُبِسَتْ فِى كَرْبَلَآءَ مَطِيَّتِى وَفِى ٱلْعَيْنِ حَتَّى عَادَ غَثًّا سَمِينُهَا
إِذَا رَحَلَتْ مِنْ مَبْرَكٍ رَجَعَتْ لَهُ لَعَمْرِى وَأَبْيِهَا إِنَّنِى لَا أُهِينُهَا
وَيَمْنَعُهَا مِنْ مَأْكَلٍ وَشَرِيعَةٍ رِفَاقٌ مِنَ ٱلذُّبَابِ زُرْقٌ عُيُونُهَا

ab hominibus effrenatis, sive Moslemi sint, sive alii, nos tueremtur." Quod ad Essurrium attinet, in iis, quae ad me scripsit, dixit haec: haec nobis tradidit Schoaib, qui a Seifo ea cognoverat, cui ab Atijja ben el hâreth tradita fuerant, qui ex Abd chair ea compererat, cui ea tradiderat Heschâm ben el walid; qui dixit: „composuerat res illas Châled;" atque inde ejus narratio cum iis congruit, quae tradidit Obeid alla ben saad. Porro haec nobis tradidit Obeid alla, dixitque: tradidit ea nobis patruus meus, qui a Seifo ea acceperat; et fere eadem nobis tradidit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui ea tradiderat Seif, qui ex Abd el asis ben sijâh ea comperrerat, cui ab Habibo ben abi thâbet tradita fuerant, qui ab Ebn el hodseil Kâhelita ea acceperat: Châled duos illos legatos, quos emisit, nuntium ad se referre jussit. Dicunt iidem: annum itaque in provincia sua commoratus est Châled, sedemque habuit El hiram; at tamen altiores modo, modo depressiores tractus adiit, ante quam in Syriam perrexit. Persae interea modo reges pellebant, modo creabant, neque nisi a fluvio Sîr prohibebant Moslemos. Etenim Schîra ben kisra fratres suos interfecerat, et cognatos, usque ad Kisram ben kobâds pertinentes. Defuncto vero Schîra, mortuoque etiam ejus filio, Ardeschîro, insurgentes Persae eos quoque interfecerunt, qui inter Kisram ben kobâds et Behram gûr supererant; unde factum est, ut non haberent, quem ex communi consensu regem crearent. Haec nobis tradidit Obeid alla, dixitque: tradidit ea mihi patruus, dixitque: tradidit ea mihi Seif, qui ab Amr ea cognoverat, et El modschâled, quibus ea tradiderat Esschobius; qui dixit: Châled ben el walîd, ante quam post expugnatam El hîram in Syriam perrexit, annum, et quod excurrit, in administranda Ijâdi provincia consumsit, cui ille destinatus fuerat. Moslemis vero Châled: „nisi ea, inquit, mihi praecepisset chalîfa, Ijâdum haud respexissem;" languerat enim ille, et desidia sua etiam alios infecerat; „nulla acta sunt post profligatos Persas, atque annus hic veluti feminarum annus est." Quippe praeceperat ei chalîfa, ne in hostes invaderet, quoad a tergo suo paratum exercitum haberent. Habebant autem eo tempore Persae exercitum El ainae constitutum, aliumque El anbârae, atque alium El firâdae. Litterae Châledi quum El madâïnam perlatae essent, mulieres, familia Chosrois ortae, sermones inter se contulerunt, moxque regno praefectus est El ferruchasâds ben el bendsuwân, quoad familia Chosrois virum aliquem, communi consensu eligendum, reperiret.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea acceperat, cui ea tradiderat Seif, qui ex Mohammede ea comperrerat, cui Abd errachmân ea tradiderat, qui ex Abu othmân ea audiverat, cui tradita fuerant ab El mogîra et El mohalleb, qui a Sijâho et Sofjâno ea cognoverant, quibus ea tradiderat Mâhân. Qui dixerunt: Abu bekr, cujus misereatur Deus, Châledo praeceperat, ut in El irâkam ab inferiori parte invaderet, Ijâdo vero, ut El irâkam a superiori parte aggrederetur. Addiditque: „uter vestrum primus El hîram perveniet, El hîrae praefectus sit. Simul atque vero, adnuente Deo, El hîrae conveneritis, et, praesidiis, quae inter Arabes et Persas constituta sunt,

وَأَمِيرُهُمْ ٱلْبَغِىُّ من المسلمين وَغَيْرِهِمْ ۞ وَأَمَّا ٱلسَّرِىُّ فَإِنَّهُ قال فى كِتَابِهِ إِلَىَّ حَدَّثَنَا شعيب عن سيف عن عَطِيَّةَ بن ٱلْحَرِثِ عن عَبْدِ خَيْرٍ عن هشام بن الوليد قال فَرَغَ خَالِدٌ ثم سار ٱلْحَدِيثُ مِثْلَ حَدِيثِ عبيد الله بن سعد ۞ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قال حدّثنا عمّى عن سيف وَٱلسَّرِىُّ عن شعيب عن سيف عن عبد العزيز بن سِيَاهٍ عن حَبِيبِ بن أَبِى ثَابِتٍ عن ابن ٱلْهُذَيْلِ ٱلْكَاهِلِىِّ نَحْوًا منه وَأَمَرَ خَالِدٌ ٱلرَّسُولَيْنِ ٱللَّذَيْنِ بَعَثَهُمَا أَنْ يُوَافِيَاهُ بِٱلْخَبَرِ قالوا فاقام خالد فى عَمَلِهِ سَنَةً وَمَنْزِلُهُ ٱلْحِيرَةُ يُصَعِّدُ وَيُصَوِّبُ قَبْلَ خُرُوجِهِ الى ٱلشَّأْمِ وَأَهْلُ فَارِسَ يَخْلَعُونَ وَيُمَلِّكُونَ ليس إِلَّا ٱلدَّفْعُ عن نَهْرِ سِيرَ وذلك أَنَّ شِيرَى بن كِسْرَى قَتَلَ إِخْوَتَهُ وَمَنْ كان يُنَاسِبُهُ الى كِسْرَى بن قُبَاذَ وَوَثَبَ أَهْلُ فَارِسَ بعده وبعد اردشير ٱبْنِهِ فقتلوا كُلَّ من كان بين كِسْرَى بن قُبَاذَ وبين بَهْرَامِ جُورٍ فَبَقُوا لا يَقْدِرُونَ على من يُمَلِّكُونَهُ مِمَّنْ يَجْتَمِعُونَ عليه ۞ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قال حدّثنى عمّى قال حدّثنى سيف عن عَمْرٍو وَٱلْمُجَالِدِ عن ٱلشَّعْبِىِّ قال أَقَامَ خَالِدٌ بن الوليد فيما بين فَتْحِ ٱلْحِيرَةِ الى خُرُوجِهِ الى ٱلشَّأْمِ أَكْثَرَ من سَنَةٍ يُعَالِجُ عَمَلَ عِيَاضٍ الذى سُمِّىَ له وقال خالد للمسلمين لَوْ لَا مَا عَهِدَ إِلَىَّ ٱلْخَلِيفَةُ لم أَتَنَقَّذْ عِيَاضًا وكان قد شَجِىَ وَأَشْجَى بِدَوْمِهِ ما كان دُونَ فَتْحِ فارس شَىْءٌ إِنَّهَا لَسَنَةٌ كَأَنَّهَا سَنَةُ نِسَآءٍ وكان عَهِدَ اليه أَلَّا يَقْتَحِمَ عليه وَخَلْفَهُ نِظَامٌ لهم وكان بِٱلْعَيْنِ عسكر لِفَارِسَ وَبِٱلْأَنْبَارِ آخَرُ وَبِٱلْفِرَاضِ آخَرُ وَلَمَّا وَقَعَتْ كُتُبُ خالد الى المداين تَكَلَّمَ نِسَآءُ آلِ كِسْرَى فَوُلِّىَ ٱلْفَرُّخْزَاذُ بن ٱلْبَنْدُوَانِ إِلَى أَنِ ٱجْتَمَعَ آلُ كِسْرَى على رَجُلٍ وَجَدُوهُ

El hiram castra posuit, filiumque Euphratem obstruere jussit. Quo factum est, ut, quum post Emgisebijjam relictam pedites et impedimenta in naves imposuisset Châled, subito naves impingerentur. Qua re perterriti sunt Moslemi; nautae vero: „Persae, inquiunt, reserarunt canales; quo fit, ut alia via defluat aqua; neque ad nos redibit aqua, nisi canalibus obstructis.“ Quibus cognitis, cum equitatu ad Ebn el asâdsubeh citissime contendit Châled, inciditque ad ostium El atiki in nonnullos illius equites. In quos irruit, prorsus non opinantes, fore, ut in ipsis stativis illo tempore a Châledo peterentur. Inde statim, rumores antecedens, ad Ebn el asâdsubeh perrexit, quem cum exercitu ad ostium Euphratis Badeklensis constitutum invenit. Commisso proelio, profligati sunt Persae. Deinde Euphratem reseravit Châled, obstruxitque canales; unde factum est, ut denuo solita via deflueret aqua.

Haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui a Seifo ea cognoverat, cui a Mohammede tradita fuerant, qui ab Abu othmân ea acceperat, atque etiam Talcha, qui ab El mogira ea cognoverat, atque Bachro, qui a patre ea cognoverat. Tradiditque ea nobis Obeid alla, qui dixit: tradidit ea nobis patruus, dixitque: tradidit ea nobis Seif, cui a Mohammede narrata fuerant, qui ab Abu othmân ea cognoverat, atque etiam Talcha, qui ab El mogira ea cognoverat. Qui dixerunt: postea quam ad ostium Euphratis Badeklensis Ebn el asâdsubehum profligaverat Châled, ad El hiram versus ipse contendit, reliquis copiis ad se advocatis. Ad El chawarnak et Ennedschef castra metatus, El chawarnakam adiit. El asâdsûbeh fugerat, proelium non expertus. Fugerat autem ideo, quoniam certior factus fuerat, mortem obiisse Ardeschirum, filiumque suum male pugnasse. Castra habuerat inter El assijjein et castellum album posita. Châled, simul atque apud El chawarnakam reliquae copiae ad eum accesserant, e castris suis abiit, et quo loco, inter El assijjein et castellum album sito, antea consederat El asâdsubeh, in eo ipse castra posuit. Hirenses vero munimenta exstruxerunt. Deinde Châled equitibus, quos e castris emisit, El hiram occupavit, et ad singula castella certos duces constituit, qui ea obsiderent. Derâr ben el aswar obsidio pressit castellum album, quod Ijâs ben kabissa Tajjita tenebat; Derâr ben el chattâb castellum El assijjein, quod tenebat Adi ben adi el maktûl; Derâr ben mokarren Mosanita, qui decem fratrum decimus erat, castellum Mâsenitarum, quod Ebn akkâl tenebat; El mothanna denique castellum Ebn bakilae, quod tenebat Amr ben abd el messich. *Primo omnes illos ad islamismum suscipiendum invitarunt*, diemque unum ad deliberandum iis concesserunt. Sed Hirenses contumaces reluctati sunt; quam ob rem arma iis intulerunt Moslemi. Haec mihi tradidit Obeid alla ben saad, qui dixit: tradidit ea mihi patruus, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant ab El gosn ben el kassem, viro Kenânita. Dicit Abu dschafer: sic quidem dixit Obeid alla. Sed Essurri, in iis quae ad me scripsit, dixit: tradidit ea nobis Schoaib, qui a Seifo ea acceperat, cui tradita fuerant ab El gosn ben el kassem, qui a quodam Kenânita ea cognoverat. Qui dixit: Châled ducibus praecepit, ut primo ad islamis-

ٱسْتَنْسَقَّ خالد من أَمْغِيشِيًّا وَحَمَلَ ٱلرَّجْلَ فى ٱلسُّفُنِ مع الانقال لم يُفْجَأْ خالدٌ الَّا وَٱلسُّفُنُ جَوَانِحُ فَٱرْتَاعُوا لذلك فقال الملّاحون إِنَّ أَهْلَ فَارِسَ فَجَّرُوا ٱلْأَنْهَارَ فَسَلَكَ المَاءُ غَيْرَ سَبِيلِهِ فلا ياتينا الماءُ الا بِسَدِّ الانهار فتعجّل خالد فى خيل نَحْوَ ٱبْنِ ٱلْآزَاذْبَهِ فَتَلَقَّاهُ على فَمِ ٱلْعَتِيقِ خَيْلٌ من خيله فَجَبَّهُمْ وهم آمِنُونَ لِغَارَةِ خَالِدٍ فى تلك الساعة بسابامهم بِٱلْمَقَرِّ ثم سار من فَوْرِهِ وَسَبَقَ ٱلْأَخْبَارَ الى ابن الازاذبه حتى تَلَقَّاهُ وَجُنْدَهُ عَلَى فَمِ فُرَاتِ بَادَقْلَى فاقتتلوا فَأَنَامَهُمْ وَفَجَّرَ ٱلْفُرَاتَ وَسَدَّ ٱلْأَنْهَارَ وَسَلَكَ المَاءُ طَرِيقَهُ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سيف عن محمد عن ابى عثمن وطلحة عن المغيرة وَبَحْرٍ عن ابيه قالوا وَحَدَّثَنَا عبيد الله قال حدّثنا عَمِّي قال حدّثنا سيف عن محمد عن ابى عثمن وطلحة عن ٱلْمُغِيرَةِ قالا لَمَّا أَصَابَ خَالِدٌ ابن الازاذبه على فَمِ فُرَاتِ بَادَقْلَى قصد للحيرة واستلحق اصحابه وسار حتى ينزل بِٱلْخَوَرْنَقِ وَٱلنَّجَفِ فَقَدِمَ خَالِدٌ ٱلْخَوَرْنَقَ وقد قطع ٱلْآزَاذْبَهُ ٱلْفُرَاتَ هاربا من غير قتال وَإِنَّمَا حَدَاهُ على الهرب الخبر الذى وقع اليه بِمَوْتِ أَرْدَشِيرَ وَبِمُصَابِ ٱبْنِهِ وكان عسكره بين ٱلْغَرِيَّيْنِ وَٱلْقَصْرِ ٱلْأَبْيَضِ ولما تَتَامَّ اصحاب خالد اليه بالخورنق خرج من ٱلْمُعَسْكَرِ حَتَّى يُعَسْكِرَ بِمَوْضِعِ عَسْكَرِ ٱلْآزَاذْبَهِ بين الغرّيين والقصر الابيض واهل الحيرة مُتَحَصِّنُونَ فَأَدْخَلَ خَالِدٌ ٱلْحِيرَةَ ٱلْخَيْلَ من عسكره وَأَمَّرَ بِكُلِّ قَصْرٍ رَجُلًا مِنْ قُوَّادِهِ يُحَاصِرُ أَهْلَهُ وَيُقَاتِلُهُمْ فكان ضِرَارُ بْنُ ٱلْأَزْوَرِ محاصرا القصر الابيض وفيه إِيَاسُ بْنُ قَبِيصَةَ ٱلطَّآئِيُّ وكان ضِرَارُ بن ٱلْخَطَّابِ مُحَاصِرًا قَصْرَ الغرّيين وفيه عَدِيُّ بْنُ عَدِيٍّ المقتول وكان ضِرَارُ بن مُقَرِّنٍ ٱلْمُزَنِيُّ عَاشِرُ عَشَرَةِ إِخْوَةٍ له محاصرا قصر بنى مَازِنٍ وفيه ٱبْنُ أَكَّالٍ وكان المثنّى محاصرا قصر ٱبْنِ بُقَيْلَةَ وفيه عمرو بن عبد المسيح فدعوهم جميعا وَأَجَّلُوهُمْ يوما فَأَبَى اهل الحيرة وَلَجُّوا فَنَاوَشَهُمُ المسلمون ☆ حَدَّثَنِي عُبَيْدُ ٱللَّهِ بن سعد قال حدّثنى عمّى عن سيف عن ٱلْغُصْنِ بن ٱلْقَسِمِ رجل من بنى كِنَانَةَ ☆ قال أَبُو جَعْفَرٍ هكذا قال عبيد الله وقال ٱلسَّرِيُّ فيما كَتَبَ بِهِ إِلَيَّ حدّثنا شعيب عن سيف عن ٱلْغُصْنِ بن القسم عن رجل من بنى كِنَانَةَ قال عَهِدَ خَالِدٌ

Caput sextum decimum.

El hiram expugnant Moslemi.

Exponuntur quae gesta sunt ad Emgischijjam mense Safaro, quam celebrandus laudandusque Deus ex inopinato dedidit Moslemis. Haec nobis tradidit Obeid alla, qui dixit: tradidit ea nobis patruus meus, qui a Seifo ea acceperat, cui a Mohammede tradita fuerant, qui ex Abu othmân ea comperaerat, atque etiam Talcha, qui ab El mogira ea cognoverat; qui dixerunt: Châled, post proelium ad Ellissam commissum, iter pergens ad Emgischijjam tam subito pervenit, ut quaecunque in urbe erant relinquere cogeret incolas. Qui aufugientes per provinciam Sewâdensem dispersi sunt; unde factum est, ut inde ab eo tempore in provincia Sewâdensi exsisterent desperationes. Châled vero Emgischijjam, et quaecunque in ejus territorio exstarent, dirui jussit. Erat autem Emgischijja urbs, ad El hiram accedens magnitudine, quae Euphrate Badeklensi alluebatur, ipsaque Ellissa ex ejus confiniis erat. Tantum in ea, quantum antea nunquam, ceperunt praedae. Haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui a Seifo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Dscherir ben el foràt Idschlita, qui ex patre ea comperaerat. Qui dixit: usque a proelio catenarum ad Emgischijjam nullo quidem loco tantum, quantum in ipsa Emgischijja, ceperunt Moslemi. Praedae portio, quae singulis equitibus cessit, mille et quingentorum dirhemorum fuit, praeter manubias, quas iis dedit, qui fortissimos se praebuerant. Dicunt illi omnes: Abu bekr, quum de his rebus certior factus esset: „o Koreischitae, inquit, leo vester, leonem adortus, offas ei ademit; neque jam feminae aliquem parere poterunt, qui Châledum referat.“

Exponitur proelium fugae, et quod commissum est ad ostium Euphratis Badeklensis. Dicit Abu dschafer: haec ad me scripsit Essurri, cui a Schoaibo tradita fuerant, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui a Mohammede tradita fuerant, qui ab Abu othmân ea acceperat, atque etiam Talcha, qui ab El mogira ea cognoverat. El asâdsubeh praetor fuerat El hirae, imperante Chosroe, eoque munere functus erat usque ad illud tempus. Praetorum alius autem alii opem non ferebat, nisi rege permittente. Mediocrem nobilitatem quum adsequutus esset El asâdsubeh, cidarim gerebat, quae quinquaginta millibus dirhemorum constabat. Postea vero quam Emgischijjam diruerat Châled, ejusque incolae praefectis terrae desperationem attulerant, iter ingressus El asâdsubeh, extra

حديث أمغيشيا في صفر وأفاءها الله عز وجل بغير خيل على المسلمين ☆ حدثنا عبيد الله قال حدثنا عمي عن سيف عن محمد عن ابى عثمن وطلحة عن المغيرة قالا لما فرغ خالد من وقعة أليس نهض فأتى أمغيشيا وقد أجلاهم عما فيها وقد جلا اهلها فتفرقوا في السواد ومن يومئذ صارت السكرات في السواد فامر خالد بهدم أمغيشيا وكل شىء كان في حيزها وكانت مصرا كالحيرة وكان فرات بادقلى ينتهى اليها وكانت أليس من مسالحها فاصابوا فيها ما لم يصيبوا مثله قط ☆ كتب الى السرى عن شعيب عن سيف عن جرير بن الفرات العجلي عن ابيه قال لم يصب المسلمون فيما بين ذات السلاسل وأمغيشيا مثل شىء اصابوه في أمغيشيا بلغ سهم الفارس ألفا وخمسمائة سوى النفل الذى نفله أهل البلاء وقالوا جميعا قال ابو بكر رحمه الله حين بلغه الخبر يا معشر قريش عدا أسدكم على الأسد فغلبه على خراذيله أعجزت النساء أن ينسلن مثل خالد

حديث يوم المقر وفم فرات بادقلى ☆ قال أبو جعفر كتب الى السرى عن شعيب عن سيف عن محمد عن ابى عثمن وطلحة عن المغيرة أن الآزاذبة كان مرزبان الحيرة أزمان كسرى الى ذلك اليوم فكانوا لا يمد بعضهم بعضا الا باذن الملك وكان قد بلغ نصف الشرف وكانت قيمة قلنسوته خمسين ألفا فلما أخرب خالد أمغيشيا وعاد أهلها سكرات الدهاقين سار الآزاذبة حتى عسكر خارجا من الحيرة وأمر ابنه بسد الفرات ولما

erant, nuntiavit, et expugnatam esse Ellissam, et quantitatem praedae exposuit, et numerum captivorum, et quanta esset, quam collegissent, quinta pars praedae, et quinam militum fortissimos se praebuissent. Quem praesentem, quum hominem strenuum et vera narrantem esse, intellexisset Abu bekr, ei: „quodnam nomen, inquit, habes?" Ille vero: Dschandal. Tum Abu bekr: „eia, Dschandal!

Animus Issâmi nobilitavit Issâmum,
Eumque docuit pugnam et impetum."

Puellam ex captivis illis ei dari jussit; quae postea liberos ei peperit. Addit idem: qui ad Ellissam perierunt, septuaginta circiter millia fuerunt, quorum major pars ex Emgischijja venerat. Dicit Abu dschafer: haec dixit Obeid alla ben saad: dixit patruus meus: quum El hirae de Emgischijja inquirerem, dixerunt mihi, eam esse Menischijjam. Quod quum narrassem Seifo, mihi respondit: „duo nomina illa sunt."

بالخبر وبفتح ٱللّيسِ وَبِقَدْرِ ٱلْفَيْءِ وَبِعِدَّةِ ٱلسَّبيِ وبما حصل من الاخماس وَبِأَقْلِ ٱلْبَلَاءِ من الناس فلما قَدِمَ على ابي بكر فراى صَرَامَتَهُ وَثَبَاتَ خبره فقال ما اسمك قال جَنْدَل قال وَيْهًا جَنْدَلُ

نَفْسُ عِصَامٍ سَوَّدَتْ عِصَامَا وَعَوَّدَتْهُ ٱلْكَرَّ وَٱلْإِقْدَامَا

وَأَمَرَ لَهُ بِجَارِيَةٍ مِنْ ذلك ٱلسَّبْيِ فولدت له قال وبلغت قَتْلَاهُمْ من ٱللّيسِ سبعين الفا جُلُّهُمْ من أَمْغِيشِيَا ✩ قال ابوجعفر قال لنا عبيد الله بن سَعْد قال عَمّي سالت عن أَمْغِيشِيَّا بالحيره فقيل لى مَنِيشِيَّا فقلت لِسَيْفٍ فقال هذا آسْمَانِ

ab eo decreta, ac bello, quod Moslemi illis hominibus intulerant. Châled vero: „o Deus! inquit, tibi quidem, si in fugam illos injicies, hoc a me debebitur, ut eorum, quem capiamus, nemini parcam, sed ipsorum flumen sanguinem eorum volvere faciam." Ad postremum celebrandus laudandusque Deus Moslèmis victoriam concessit, illosque in fugam conjecit. Tum, jubente Châledo, praeco: „capiendi sunt! capiendi sunt! obtruncare nolite, nisi obluctantem!" Adduxerunt igitur equites captivorum catervas, eas ante se agentes. Châled autem captivos certis hominibus tradidit, qui in alveo fluminis cervices iis secabant; quod per diem noctemque factum est. Postero die etiam, et insequenti, hostes prosequuti sunt, quoad pervenerunt ad bina flumina, et, qui tantumdem ab Ellissa aberant, locos ab omni parte sitos; iterumque colla secata sunt. Tum El kakâa aliique ejus generis homines Châledo: „etiamsi totius terrae homines obtruncavisses, inquiunt, tamen sanguis eorum non flueret. Etenim sanguis nonnisi rorat in superficie terrae, ex quo fluere vetitus est, ac terra sanguinem absorbere vetita est. Itaque aquam in sanguinem immitte, ut votum exsolvas." Averterat enim Châled ab alveo aquam. Quam quum in alveum reduxisset, fluxit sanguine recenti; quam ob rem flumen cruentum adhuc appellatur. Dicunt alii, ex quibus est Beschir ben el chassâssijje: memoriae proditum est, terram, simul atque sanguinem filii Adami absorbuisset, vetitam esse absorbere sanguinem, ipsumque sanguinem fluere vetitum esse, nisi per spatium vestis jemenicae. Postea quam hostes fusi ex castris effugerant, et Moslemi, a prosequendo reduces, castra intraverant, in illos cibos incidit Châled, dixitque: „pro manubiis eos vobis do; vestri sunt." Addiditque: „propheta, cui bene dicat Deus faveatque, quotiescunque in cibos paratos incidebat, pro manubiis eos dabat." Residerunt igitur ad cibos illos Moslemi coenaturi, nocte ingruente. Ubi, quicunque cibum lautum et placentas delicatas nondum viderant: „quinam sunt, inquiunt, disci hi albi?" Quibus, qui illas res noverant, per jocum responderunt: „num de vita delicata aliquid inaudivistis?" Tum illi: „certe quidem audivimus." Alteri vero: „haec sane ea est; quam ob rem placentae illae delicatae dicuntur." Arabes autem illas cornua nuncupare solebant. Haec nobis tradidit Obeid alla, qui dixit: tradidit ea nobis patruus meus, dixitque: tradidit ea nobis Seif, qui ab Amr ben mohammed esschobio ea acceperat, cui a quodam viro tradita fuerant, qui quae e Châledo compererat, tradebat: propheta, cui bene dicat Deus faveatque, post expugnatam Chaibaram militibus pro manubiis dedit panem, et cocta atque assa, et quae alia illi in ventrem merserunt, nullo condimento addito.

Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Seifo, qui ex El mogira ea compererat. Qui dixit: ad flumen sitae erant molae, quae far exercitus, hominum decem et octo millium, et plurium etiam, moluerunt, aqua rubente circumactae, per dies tres. Deinde Châled ad nuntianda ea, quae gesta erant, hominem quendam Idschlitam misit, cui nomen Dschandalo, qui viae dux erat, et homo strenuus. Qui quidem Abu bekro, quae gesta

ٱللَّهِ أَنْ يُصبِرَهُمْ اليه وحرب المسلمين عليهم وقال خالد ٱللَّهُمَّ إِنَّ لَكَ عَلَيَّ إِنْ مَنَحْتَنَا أَكْتَافَهُمْ أَلَّا أَسْتَبْقِيَ مِنْهُمْ أَحَدًا قَدَرْنَا عَلَيْهِ حَتَّى أُجْرِيَ نَهْرَهُمْ بِدِمَائِهِمْ ثُمَّ إِنَّ الله عزّ وجلّ كشفهم للمسلمين وَمَنَحَهُمْ أَكْتَافَهُمْ فَأَمَرَ خَالِدٌ مُنَادِيَهُ فَنَادَى فى الناس ٱلْأَسْرَ ٱلْأَسْرَ لَا تَقْتُلُوا إِلَّا من امتنع فاقبلت الخيول بهم أَفْوَاجًا مُسْتَأْسَرِينَ يُسَاقُونَ سَوْقًا وَقَدْ وَكَّلَ بِهِمْ رِجَالًا يضربون اعناقهم فى النهر ففعل ذلك بهم يوما وليلة وَطَلَبُوا أَثَرَهُمْ مِنَ ٱلْغَدِ وَبَعْدَ ٱلْغَدِ حتى انتهوا الى النهرين وَمِقْدَارَ ذلك من كلّ جوانب أُلَّيْسِ فَضَرَبَ اعناقهم وقال له ٱلْقَعْقَاعُ وَأَشْبَاهٌ له لَوْ أَنَّكَ قَتَلْتَ أَهْلَ ٱلْأَرْضِ لَمْ تَجْرِ دِمَاؤُهُمْ إِنَّ ٱلدِّمَآءَ لَا تَزِيدُ عَلَى أَنْ تَتَرَقْرَقَ عَلَى وَجْهِ ٱلْأَرْضِ مُنْذُ نُهِيَتْ عَنِ ٱلسَّيَلَانِ وَنُهِيَتِ ٱلْأَرْضُ عَنْ نَشْفِ ٱلدِّمَآءِ فَأَرْسِلْ عَلَيْهَا ٱلْمَآءَ تَبَرَّ يَمِينَكَ وقد كان صَدَّ الماء عن النهر فَأَعَادَهُ فَجَرَى دَمًا عَبِيطًا فَسُمِّيَ نَهْرَ دَمٍ لذلك الشان الى اليوم ۞ وَقَالَ آخَرُونَ منهم بشير بن ٱلْخَصَاصِيَّةِ قال وَبَلَغَنَا أَنَّ الارض لما أَنْشَفَتْ دَمَ ٱبْنِ آدَمَ نُهِيَتْ عن نَشْفِ الدماء وَنُهِيَ ٱلدَّمُ عن ٱلسَّيَلَانِ الا بمقدار بَرْدِهِ ۞ وَلَمَّا هُزِمَ ٱلْقَوْمُ وَأُجْلُوا عن عسكرهم ورجع المسلمون من طلبهم ودخلوه وقف خالد على الطعام فقال قَدْ نَفَّلْتُكُمُوهُ فَهُوَ لَكُمْ وقال كان النبيّ صلّى الله عليه وسلّم اذا اتى على طعام مصنوع نَفَّلَهُ فَقَعَدَ عليه المسلمون لِعَشَآئِهِمْ بِٱللَّيْلِ وجعل من لم يَرَ ٱلْأَرْيَافَ ولا يعرف ٱلرُّقَاقَ يقول مَا هَذِهِ ٱلرُّقَعُ ٱلْبِيضُ وجعل من قد عرفها يُجِيبُهُمْ ويقول مازحا هَلْ سَمِعْتُمْ بِرَقِيقِ ٱلْعَيْشِ فيقولون نَعَمْ فيقولون هو هذا فَسُمِّيَ ٱلرُّقَاقَ وكانت العرب تُسَمِّيهِ ٱلْقِرَى ۞ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال حدثنا عَمِّى قال حدثنا سيف عن عمرو بن محمد ٱلشَّعْبِيِّ عَنْ مَنْ حَدَّثَ عَنْ خَالِدٍ أَنَّ النبىّ صلّى الله عليه وسلّم نَفَّلَ ٱلنَّاسَ يَوْمَ خَيْبَرَ الخبز والطبيخ وَٱلشِّوَآءَ وما اكلوا غير ذلك فى بطونهم غَيْرَ مُتَأَثِّلِيهِ

كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف عن ٱلْمُغِيرَةِ قال كَانَتْ على النهر أَرْحَآءُ فَطَحَنَتْ بالماء وهو أَحْمَرُ قُوتَ العسكر ثَمَانِيَةَ عَشَرَ أَلْفًا او يزيدون ثلثة ايام ۞ وَبَعَثَ خالد بالخبر مع رجل يُدْعَى جَنْدَلًا من بنى عِجْلٍ وكان دليلا صَارِمًا فَقَدِمَ على ابى بكر

convenit, eumque homines excitare jussit, his additis: „a proelio hostibus conserendo te milites-que tuos prohibe, quoad ipse ad te accessero, nisi forte illi tibi superveniant." Dschâbân igitur ad Ellissam perrexit; Behmen dschâdsûweih vero Ardeschirum adiit, ut ad eum viseret, et de iis, quae agi vellet, cum eo deliberaret. Quem quum aegrotantem invenisset, per aliquod tempus apud eum commoratus est. Unde factum est, ut solus procederet Dschâbân; qui, quum ad Ellis-sam pervenisset, castra ibi posuit mense Safar. Tum ad eum confluxerunt duces, qui e regione Euphratis consederant, et Abd el aswad cum christianis tribuum Bekr, Teim ellât, et Dobeia, atque Arabes campestres Hirenses. Atque Dschâber ben bodscheir quoque, quum christianus esset, auxilium ferebat Abd el aswado. Châled autem, quum, Abd el aswadum et Dschâberum ben bo-dscheir cum copiis suis coiisse, certior factus esset, contra eos tetendit; sed, Dschâbânum quo-que advenisse, nesciebat, neque cogitabat nisi de profligandis Arabibus campestribus et christianis, qui contra ipsum prodierant. Ubi ad Ellissam in conspectum Dschâbâni venit Châled, Dschâbâno Persae: „utrum statim in eos invades, inquiunt, an prandere sines milites, ut illos nil curare nos significemus, et pugnam iis conseramus prandio absoluto." Quibus Dschâbân: „quodsi otium illi vobis concedant, ipsique ignavia tabescatis, jam ignavos vos praestate! Sed ego quidem suspicor, promtos illos vobis superventuros, et a prandio vos avocaturos esse." At Persae tamen morem illi non gesserunt, sed stratis expansis cibos imposuerunt, et certatim in eos involarunt cuncti. Châled vero, prope adgressus, sarcinas deponi jussit. Quo facto, ad hostes ipse perrexit, et ad se tuendum propugnatores certos constituit, qui a tergo ipsum defenderent. Deinde ante aciem progressus, exclamavit haec: „ubinam est Abdscher? ubinam Abd el aswad ben malek ben kais? En virum! Quinam metum ei injiciet?" Sed ex illis nemo contra eum prodire ausus est, nisi Mâlek. Qui quum accederet, Châled ei: „o meretrice nate, inquit, quid est, quod illis audentio-rem in me te reddidit, quum nulla in te insit constantia?" Quibus dictis, illum feriit, obtrunca-vitque. Ita de prandio Persas deturbavit Châled, ante quam comederant. Quam ob rem iis Dschâ-bân: „nonne hoc vobis praedixeram, o milites? inquit; neque ego, per Deum, aliquem ducem extimui unquam, nisi die hoc." Addiditque: „quum jam fidenter cibum sumere nequeamus, relin-quamus eum, quoad, hostibus confectis, ad eum redire poterimus." Dixitque iterum Dschâbân: „suspicor equidem, in usum hostium hos cibos vos paravisse inscientes. Itaque, mihi jam obtem-perantes, cibos venenate. Nam si bene pugnabitis, leve damnum eo passi eritis; sin male, aliquid saltem perfeceritis, atque excusationem vobis paraveritis." Sed illi „nemo quidem his hominibus resistere potest." Tum Dschâbân alis suis praefecit Abd el aswadum et Abdscherum; Châled vero suis eosdem duces, qui in superioribus proeliis iis praefuerant. Proelium deinde commissum est acerrimum. Polytheïstarum furorem et vim nutriebat exspectatio, mox subventurum esse Behme-num dschâdsuweih. Moslemi vero patienter perferebant, quae soli Deo cognita erant, ipsis jam

4 *

العرب فَقَدِمَ بَهْمَنُ جَاذَوَيْهِ جَابَانَ وَأَمَرَهُ بِٱلْحَثِّ وقال كَفْكِفْ نَفْسَكَ وَجُنْدَكَ عن قتال القوم حَتَّى أَلْحَقَ بِكَ إِلَّا أَنْ يُعْجِلُوكَ فسار جابان نحو ٱلـلَّيْسِ وانطلق بهمن جاذويه إلى اردشير لِيُحْدِثَ بِهِ عَهْدًا وَلِيُشَاوِرَهُ فِيمَا يُرِيدُ أَنْ يَسِيرَ بِهِ فوجده مريضا فَعَرَّجَ عليه وَأَخْلَى جَابَانُ بذلك الوجه ومضى حتى اتى ٱلـلَّيْسَ فنزل بها فى صَفَرَ واجتمعت اليه المشايخ التى كانت بِإِزَآءِ ٱلْفُرَاتِ وَعَبْدُ ٱلْأَسْوَدِ فى نصارى من بَنِى بَكْرٍ وَتَيْمِ ٱللَّاتِ وَضُبَيْعَةَ وعرب الضاحية من اهل الحيرة وكان جابر بن بجير نصرانيّا فَسَانَدَ عَبْدَ ٱلْأَسْوَدِ وَقَدْ كَانَ خَالِدٌ بَلَغَهُ تَجَمُّعُ عبد الاسود وجابر بن بُجَيْرٍ فيمن تَأَشَّبَ اليهم فَنَهَدَ لهم ولا يشعر بِدُنُوِّ جَابَانَ وليست لخالد هِمَّةٌ إِلَّا مَنْ تَجَمَّعَ له من عرب الضاحية ونصاراهم فَأَقْبَلَ فلما طَلَعَ على جابان بِٱلـلَّيْسِ قالت الاعاجم لجابان أَنُعَاجِلُهُمْ أَمْ نُغَدِّى ٱلنَّاسَ وَلَا نُرِيهِمْ أَنَّا نَحْفِلُ بِهِمْ ثُمَّ نُقَاتِلُهُمْ بَعْدَ ٱلْفَرَاغِ فقال جابان إِنْ تَرَكُوكُمْ وَٱلتَّهَاوُنَ بِكُمْ فَتَهَاوَنُوا وَلَكِنَّ ظَنِّى أَنْ سَيُعَاجِلُوكُمْ وَيُعْجِلُونَكُمْ عَنِ ٱلطَّعَامِ فَعَصَوْهُ وَبَسَطُوا ٱلْبُسُطَ ووضعوا الاطعمة وتداعوا اليها وتوافوا اليها فَلَمَّا انتهى خالد اليهم وقف وَأَمَرَ بِحَطِّ ٱلْأَثْقَالِ فلما وُضِعَتْ توجّه اليهم وَوَكَّلَ بِنَفْسِهِ حَوَامِىَ يَحْمُونَ ظَهْرَهُ ثم برز أَمَامَ ٱلصَّفِّ فنادى أَيْنَ أَبْجَرُ أَيْنَ عبد الاسود بن مالك بن قيس رَجُلٌ مِنْ جَذْرَةَ فَنَكَلُوا عنه الا مَالِكًا فبرز له فقال له خالد يَاٱبْنَ ٱلْخَبِيثَةِ مَا جَرَّأَكَ عَلَىَّ مِنْ بَيْنِهِمْ وَلَيْسَ فِيكَ وَفَآءٌ فضربه فقتله واجهض الاعاجم عن طعامهم قبل ان يَأْكُلُوا فقال جابان أَلَمْ أَقُلْ لَكُمْ يَا قَوْمُ والله ما دخلنى من رَئِيسٍ وَحْشَةٌ قَطُّ حتى كان اليوم فقال حَيْثُ لَمْ تَقْدِرُوا عَلَى ٱلْأَكْلِ تَجَلُّدًا نَدَعُهَا حَتَّى نَفْرُغَ مِنْهُمْ وَنَعُودَ إِلَيْهَا فقال جابان أَيْضًا أَظُنُّكُمْ والله لهم وَضَعْتُمُوهَا وانكم لا تشعرون فَٱلْآنَ فَأَطِيعُونِى سُمُّوهَا فان كانت لكم فَأَهْوَنُ هَالِكٍ وان كانت عليكم كُنْتُمْ قَدْ صَنَعْتُمْ شَيْئًا وَأَبْلَيْتُمْ عُذْرًا فقالوا لا اقتدار عليهم فجعل جابان على مُجَنِّبَتَيْهِ عبد الاسود وَأَبْجَرَ وخالد مَنْ على مُجَنِّبَتَيْهِ فى الايام التى قبلها فاقتتلوا قتالا شديدا وَٱلْمُشْرِكُونَ يَزِيدُهُمْ كَلَبًا وَشِدَّةً مَا يَتَوَقَّعُونَ مِنْ قُدُومِ بَهْمَنَ جَاذَوَيْهِ فَصَابَرُوا ٱلْمُسْلِمُونَ ٱلَّذِى فِى عِلْمِ

scass; sed periit siti. Châled autem, concione ad milites habita, id operam dedit, ut Persarum terrae cupidinem iis injiceret, ab Arabum terra vero animum eorum averteret. Inquit enim: „animadvertistisne, cibos hic abundare, quasi silices sint, humo instrati? Quam ob rem, per Deum, etiam pro re Dei si nobis dimicandum non esset, neque nisi solum victum curaremus, tamen adnitendum esset, ut his arvis potiremur, quo digni iis fieremus, et famem inopiamque iis hominibus legaremus, qui eam malunt, gravanturque ea subire, quae vos perferenda suscepistis." De colonis Châled ea statuit, quae ei jam in morem venerant, neque eos interemit: militum vero, eorumque hominum, qui milites adjuverant, familiares captivos abduxit. Terrae incolas hortatus est, ut tributum penderent, et in clientelam se conferrent; quibus cognitis, morem illi gesserunt. Haec ad me scripsit Essurri, qui a Schoaibo ea cognoverat, cui a Seifo tradita fuerant; tradiditque ea nobis etiam Obeid alla, dixitque: tradidit ea nobis patruus meus, qui a Seifo ea acceperat, cui ab Amro tradita fuerant, qui ex Esschobio ea comperorat. Qui dixit: Châled in proelio, ad El waladscham commisso, contra hominem quendam Persam prodiit, qui mille hominibus par erat, eumque interfecit; quo peracto, Châled, illi innixus, prandit. Cepit homines nonnullos, ortos tribu Bekr ben wâjel, et quidem praeter alios filium quendam Dschâbori ben bodscheir, filiumque quendam Abd el aswadi.

Exponuntur quae ad Ellissam gesta sunt, quae in salebrosa Euphratis ripa sita est. Haec nobis tradidit Obeid alla, dixitque: tradidit ea mihi patruus meus, dixitque: tradidit ea nobis Seif, qui a Mohammede ben talcha ea cognoverat, quibus tradita fuerant ab Abu othmân, atque Talcha el alam, qui ex El mogira ben oteiba ea comperorat. Dicitque Abu dschafer: Essurri vero in iis, quae ad me scripsit, haec prodidit: tradidit nobis haec Schoaib, qui a Seifo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Mohammede ben abd alla, qui ex Abu othmân ea comperorat, atque Talcha el alam, cui ab El mogira ben oteiba tradita fuerant. Qui quidem dixerunt haec: Châled quum in proelio, ad El waladscham commisso, homines aliquot cepisset christianos, ortos tribu Bekr ben wâjel, qui auxilium tulerant Persis, aegre hoc tulerunt illorum gentiles christiani. Quam ob rem litteras dederunt ad Persas, qui rursus ad illos litteras dederunt. Tum itaque illi ad Ellissam convenerunt, duce Abd el aswado Idschlita. Infestissimi vero his christianis Moslemi Idschlitae erant, Oteiba ben ennahhâs, Said ben morra, Forât ben hajjân, El mothanna ben lâchek, et Medsûr ben adi. Ardeschir etiam ad Behmenum dschâdsuweih, Kaschinâtae tunc commorantem, litteras dedit, qui ex procuratoribus Persarum erat, certo mensis diei constitutis. Singulis enim mensibus illi dies triginta tribuerant, singulisque mensis diebus apud Persas procuratores constituti erant, qui suo quisque die res populi apud regem procurabant. Behmen ille vero, eorum procurator, homo nequam erat. Sic autem scripsit Ardeschir: „iter ingressus ad Ellissam tende, teque ad eos junge, qui ibi convenerunt, Persas Arabesque christianos." Itaque Behmen dschâdsuweih Dschâbânum

رَجُلٌ مِنْهُمْ مَقْتَلَ صَاحِبِهِ ومضى الاندرزغر في هزيمته فمات عَطَشًا وقام خالد في الناس يُرَغِّبُهُمْ في بلاد العجم وَيُزَهِّدُهُمْ في بلاد العرب وقال أَلَا تَرَوْنَ الى ٱلطَّعَامِ كَرَفْغِ ٱلتُّرَابِ وَبِٱللَّهِ لَوْ لَمْ يَكُنْ مِنَّا ٱلْجِهَادُ فِي ٱللَّهِ وَلَمْ يَكُنْ إِلَّا ٱلْمَعَاشُ لَكَانَ ٱلرَّأْيُ أَنْ نُقَارِعَ هَذَا ٱلرِّيفَ حَتَّى نَكُونَ أَوْلَى بِهِ وَنُوَلِّيَ ٱلْجُوعَ وَٱلْإِقْلَالَ مَنْ تَوَلَّاهُ مِمَّنْ تَثَاقَلَ عَمَّا أَنْتُمْ عَلَيْهِ وسار خالد في الفلاحين بسيرته فلم يقتلهم وسبى ذرارى المقاتلة ومن اعانهم ودعا اهل الارض الى ٱلْجِزَآءِ والذمّة فتراجعوا ☆ كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شعيب عن سيف وحدّثنا عبيد الله قال حدّثنا عمّى عن سيف عن عمرو عن ٱلشَّعْبِيِّ قال بَارَزَ خَالِدٌ يَوْمَ ٱلْوَلَجَةِ رَجُلًا مِنْ أَهْلِ فَارِسَ يَعْدِلُ أَلْفَ رَجُلٍ فَقَتَلَهُ فَلَمَّا فَرَغَ ٱتَّكَأَ عَلَيْهِ وَأُتِيَ بِغَدَآئِهِ واصاب في اناس من بكر بن وايل ٱبْنًا لِجَابِرِ بْنِ بُجَيْرٍ وَٱبْنًا لِعَبْدِ ٱلْأَسْوَدِ

خَبَرُ ٱلَّيْسِ وَهِيَ عَلَى صُلْبِ ٱلْفُرَاتِ ☆ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال حدّثنى عمّى قال حدّثنا سيف عن محمد بن طلحة عن ابى عثمن وَطَلْحَةَ ٱلْأَعْلَمِ عَنِ ٱلْمُغِيرَةِ بْنِ عُتَيْبَةَ ☆ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَأَمَّا ٱلسَّرِيُّ فانه قال فيما كَتَبَ إِلَيَّ قال حدّثنا شعيب عن سيف عن محمد بن عبد الله عن ابى عثمن وطلحة بن الاعلم عن المغيرة بن عتيبة قالا وَلَمَّا أَصَابَ خَالِدٌ يَوْمَ ٱلْوَلَجَةِ مَنْ أَصَابَ من بكر بن وايل من نصاراهم الذين اعانوا اهل فَارِسَ غضب لهم نَصَارَى قَوْمِهِمْ فكاتبوا الاعاجم وكاتبتهم الاعاجم واجتمعوا على الّيس وعليهم عَبْدُ ٱلْأَسْوَدِ ٱلْعِجْلِيُّ وَكَانَ أَشَدَّ ٱلنَّاسِ على اولئك النصارى مُسْلِمُوا بَنِي عِجْلٍ عُتَيْبَةُ بْنُ ٱلنَّهَّاسِ وَسَعِيدُ بْنُ مُرَّةَ وَفُرَاتُ بْنُ حَيَّانَ وَٱلْمُثَنَّى بْنُ لَاحِقٍ وَمَذْعُورُ بْنُ عَدِيٍّ وَكَتَبَ أَرْدَشِيرُ الى بَهْمَنَ جَاذُوَيْهِ وهو بقسيناثا وَكَانَ رَافِدَ فَارِسَ في يوم من ايام شهرهم وَبَنَوْا شُهُورَهُمْ كُلَّ شَهْرٍ على ثلثين يوما فكان لاهل فارس كُلَّ يَوْمٍ رَافِدٌ قَدْ نُصِبَ لِذَلِكَ يَرْفِدُهُمْ عند الملك فكان رافدهم بهمن بُورًا أَنْ سِرْ حَتَّى تَقْدَمَ ٱلَّيْسَ بجيشك الى من اجتمع بها من فَارِسَ ونصارى

Obeid alla, dixitque: mihi ea tradidit patruus meus, dixitque: mihi ea tradidit Seif, qui ex Amro ea compererat, et El modschâled, cui ea tradiderat Esschobius. Qui dixit: simul *atque de proelio*, quod ad alveum ediderat Châled, certior factus est Ardeschir, El enderseassum emisit, bellicosum hominem, in provincia Sewâdensi natum. Haec mihi tradidit Obeid alla, dixitque: mihi ea tradidit patruus meus dixitque: mihi ea tradidit Seif, qui ex Sijâdo ben sirdschis ea compererat, cui ea tradiderat Abd alla ben sijâh; dicitque porro Abu dschafer: atque in iis, quae ipse ad me scripsit, dixit Essurri: haec nobis tradidit Schoaib, dixitque: tradidit ea nobis Seif, qui ex El mohalleb ben okba, ac Sijâd ben sirdschis, atque Abd errachmân ben sijâh ea compererat. Qui quidem dixerunt: simul atque certior factus est Ardeschir, Kârenum, exercitumque ad El madsâr constitutum, cladem accepisse, El enderseassum emisit, bellicosum hominem, in provincia Sewâdensi et natum, et habitantem; qui igitur in urbe El madâïn neque ortus erat, neque adoleverat. Cui mox Ardeschir auxilio submisit Behmenum dschâdsuweih; quem eadem via procedere jussit, qua incedens antea per limitem Chorâssânicum transierat El enderseass; inde enim, per El madâïnam transgressus, ad Kaskaram perrexerat; qua trajecta, ad El waladscham pervenerat. Itaque iter ingressus est Behmen dschâdsuweih, illum subsequens, eademque via incedens in mediam Sewâdam irrupit. Confluxerant autem ad El enderseassum homines multi ex iis, qui inter El harram et Kaskaram considebant, et Arabibus, regionis campestris incolis, et colonorum praefectis; qui juxta illius castra ipsi castra posuerunt ad El waladscham. Ita quum, quantum in votis fuerat, tantum agmen coegisset El enderseass, ipse multitudinem suam admiratus, contra Châledum prodire constituit. *Cui, ad alveum commoranti, ubi nuntiatum est, ad El waladscham consedisse El enderseassum*, statim iter parare jussit. Post se ibi reliquit Saidum ben mokarren, quem in El hafira consistere jussit; atque eos quoque adiit, quos circa inferiorem Tigridem reliquerat, eosque hortatus est, ut sibi caverent, neque incuria et socordia se capi paterentur. Quibus confectis, cum exercitu ad El waladscham perrexit, castraque ibi collocavit, e regione opposita El enderseasso, ejusque agmini, hominibusque omnibus, qui ad eum confluxerant. Moxque proelio decertarunt magno, quod acrius etiam exstitit, quam quod ad alveum commissum fuerat. Haec nobis tradidit Obeid alla, dixitque: haec nobis tradidit patruus meus, qui ex Seifo ea compererat, cui tradita fuerant a Mohammede ben abi othmân. Qui dixit: Châled contra El enderseassum ad El waladscham prodiit mense Safaro, proelioque ibi decertarunt adeo acri, ut, constantiam prorsus jam exhaustam esse, utraque pars putaret. Jamque Châledo insidiae, quas posuerat, nimis quam cunctari videbantur; in locis binis enim insidias collocaverat, quibus praeerant Bischr ben abi rohm et Said ben morra Idschlita. Subito vero quum ex utroque loco insidiae prorupissent, acies Persarum disjecta est, moxque terga verterunt. Tum a fronte in eos irruit Châled, insidiaeque iis institerunt a tergo; unde factum est, ut alius alius caedem ne cerneret quidem. Fuga salutem petiit etiam El ender-

ٱلْكَسْكَرَ مِنَ ٱلْبَرِّ حدّثنا عبيد الله قال حدّثنى عمّى قال حدّثنى سيف عن
عمرو والمجالد عن الشعبىّ قال لما فرغ خالد من ٱلثِّنْيِ وَأَتَى ٱلْخَبَرُ أَرْدَشِيرَ
بعث ٱلْأَنْدَرْزَغَرَّ وكان فارسا من مُوَلَّدِى السواد ✿ حَدَّثَنِي عبيد الله قال
حدّثنى عمّى قال حدّثنى سيف عن زياد بن سَرْجِسَ عن عبد الله بن سِيَاهٍ قال ابو
جعفر وفيما كَتَبَ إِلَيَّ ٱلسَّرِىُّ قال حدّثنا شعيب قال حدّثنا سيف عن المهلّب
بن عُقْبَةَ وزياد بن سرجس وعبد الرحمن بن سِيَاهٍ قالوا لَمَّا وَقَعَ ٱلْخَبَرُ
بِأَرْدَشِيرَ بِمُصَابِ قَارِنٍ وَأَهْلِ ٱلْمَذَارِ أَرْسَلَ ٱلْأَنْدَرْزَغَرَّ وكان فارسا من
مُوَلَّدِى السواد وَتُنَّآئِهِمْ ولم يكن ممن ولد بالمداين ولا نَشَأَ بها وَأَرْسَلَ
بَهْمَنَ جَاذَوَيْهِ فِي إِثْرِهِ فى جيش وامره ان يعبر طريق ٱلْأَنْدَرْزَغَرِّ قبل ذلك على
فرج خراسان فسار حتى قطع المداين حتى اتى كَسْكَرَ ثم جازها الى ٱلْوَلَجَةِ
وخرج بَهْمَنُ جَاذَوَيْهِ فى اثره واخذ عن طريقه فسلك وسط السواد وَقَدْ حَشَرَ
الى الاندرزغرّ من بين ٱلْحِيرَةِ وَكَسْكَرَ ومن عرب الضاحية والدهاقين فَعَسْكَرُوا
الى جنب عسكره بِٱلْوَلَجَةِ فلما اجتمع له ما اراد واستتمّ أَعْجَبَهُ ما هو فيه
وَأَجْمَعَ ٱلسَّيْرَ الى خالد ولما بلغ خالدا وهو بِٱلثِّنْيِ خبر الاندرزغرّ
وَنُزُولُهُ ٱلْوَلَجَةَ نادى بالرحيل وَخَلَّفَ سعيد بن مقرّن وامره بلزوم ٱلْحَفِيرِ
وتقدم الى من خلّف فى اسفل دِجْلَةَ وامرهم بِٱلْحَذَرِ وقلّة الغفلة وَتَرْكِ الاغترار وَخَرَجَ
سايرا فى الجنود نَحْوَ ٱلْوَلَجَةِ حتى ينزل على الاندرزغرّ وجنوده ومن تَأَشَّبَ
معه فاقتتلوا قتالا شديدا هو اعظم من قتال ٱلثِّنْيِ ✿ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ
قال حدّثنا عمّى عن سَيْفٍ عن محمد بن ابى عثمن قال نَزَلَ خَالِدٌ عَلَى ٱلْأَنْدَرْزَغَرِّ
بِٱلْوَلَجَةِ فِي صَفَرَ فاقتتلوا بها قتالا شديدا حتى ظَنَّ الفريقان ان ٱلصَّبْرَ قَدْ
أُفْرِغَ وَٱسْتَبْطَأَ خالد كَمِينَهُ وكان قد وضع له كمينا فى ناحيتين
عليهم بُسْرُ بن ابى رُهْمٍ وسعيد بن مُرَّةَ العجلىّ فخرج الكمين فى وجهين فانهزمت
صفوف الاعاجم وَوَلَّوْا فاخذهم من بين ايديهم والكمين من خلفهم فَلَمْ يَرَ

provocavit Kåren. Quo cognito, contra eum prodierunt Châled atque illustrissimus eorum, qui camelis vehebantur, id est Makel ben el ascha ben ennebbâsch. Quorum uterque in Kårenum irruit; sed primus in eum incidit Makel, eumque obtruncavit. Deinde Anûschedschânum interfecit Assem, Kobâdsum vero Adi. Ex nobilissimis quidem erat Kåren; neque cum ullo alio, qui ex nobilissimis Persis esset, postea conflixerunt Moslemi. Multa in Persarum caedes edita est; sed naves hi secum abstulerant; unde factum est, ut a persequendis hostibus Moslemos prohiberet amnis. Châled autem, ad El madsâr per aliquod tempus commoratus, raptoribus cessit rapta, quantaecunque essent; praedam divisit, et ex parte quinta fortissimis militibus manubias dedit. Reliquum ad Abu bekrum misit, legavitque ad eum cum hominibus aliis Saidum ben ennoomân, ortum tribu Adi ben kaab. Haec vero nobis tradidit Obeid alla, dixitque: haec nobis tradidit patruus meus, qui a Seifo ea acceperat, cui a Mohammed ben abd alla tradita fuerant, qui ab Abu othmân ea cognoverat; qui dixit: caesi sunt illa nocte ad El madsâr triginta millia, praeter eos, qui fluctibus submersi sunt; quin, nisi prohibuisset amnis, ad unum omnes eos confecisset. Neque, qui inde effugerunt, nisi nudi, vel paene nudi, evaserunt.

Haec vero dixit Seif, qui ex Amro ea compererat, et El modschâled, qui ab Esschobio ea audiverat. Qui dixit: primi, in quos incidit Châled, quum in El irâkam irrumperet, Hormos et Anuschedschân fuerunt, qui ad El kewâdem constiterant. Deinde ad Euphratem consedit, in ripa Tigridis; quo loco quum nullus ei hostis occurreret, ripam Tigridis in ditionem suam redegit. Inde ad alveum perrexit; quicunque autem post Hormosum Châledo occurrit exercitus, major etiam eo, qui proximus antecesserat, exstitit, quoad ille denique ad Dumet el dschandal pervenit. Praedae portio vero, quae post proelium, quod ad alveum commissum est, singulis equitibus cessit, major ea fuit, quae post proelium catenarum iis obtigerat. Deinde Châled, ad alveum commoratus, militum quidem, eorumque hominum qui milites adjuverant, familiares captivos abduxit. Colonos vero suo quemque loco esse sivit, eosque, qui tributum polliciti sunt, ad quod pendendum invitati fuerant. Etsi enim illam terram vi occupavit Châled, tamen ad tributum pendendum incolae invitati sunt. Ad quam conditionem quum illi accessissent, morem illi gerentes, in clientelam recepti sunt. Quo facto, suum quisque fundum jure tenuit, nisi fundus distributus fuerit; nam quodcunque distributum est, illis non cessit. Capti ibi sunt praeter alios Habib abul hassan, id est Abul hassan Basrensis, qui quidem Christianus erat, ac Mâkije, servus Othmâni, atque Abu sijâd, servus El mogirae ben schobe. Militibus ibi praefecit Saidum ben ennoomân, tributis Soweidum ben mokarren Moseinitam; quem ad El hafiram considere, praefectosque emittere, et vectigalia colligere jussit. Ipse vero hostibus institit, res eorum exploraturus.

Deinde commissum est proelium ad El waladscham, et quidem mense Safaro, anno duodecimo, quae quidem El waladscha confinis est El kaskarae, e regione deserti sita. Haec nobis tradidit

ٱلرُّكْبَانِ مَعْقِلُ بْنُ ٱلْأَعْشَى بْنِ ٱلنَّبَّاشِ فابتدراه فسبقه اليه مَعْقِلٌ فقتله
وَقَتَلَ عَاصِمٌ ٱلْأَنُوشَجَانَ وَقَتَلَ عَدِيٌّ قُبَاذَ وكان شرف قارن قد انتهى ثم
لم يقاتل المسلمون بعده احدا انتهى شَرَفُهُ في الاعاجم وَقَتَلُوا فَارِسَ مَقْتَلَةً
عَظِيمَةً فَضَمُّوا ٱلسُّفُنَ ومنعت المياه المسلمين من طلبهم واقام خالد بِٱلْمَذَارِ
وَسَلَّمَ الاسلاب لمن سلبها بَالِغَةً مَا بَلَغَتْ وَقَسَمَ ٱلْفَيْءَ وَنَفَّلَ من
الاخماس أَهْلَ ٱلْبَلَاءِ وبعث بِبَقِيَّةِ الاخماس وَوَفَّدَ وفدا مع سعيد بن النعمن
اخي بني عديّ بن كعب * حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قال حدّثنا عمّي عن سيف عن
محمد بن عبد الله عن ابي عثمن قال قُتِلَ لَيْلَةَ ٱلْمَذَارِ ثَلَاثُونَ أَلْفًا سوى من
غرق ولولا المياه لَأُتِيَ عَلَى آخِرِهِمْ وَلَمْ يُفْلِتْ مَنْ أَفْلَتَ إِلَّا عُرَاةً وَأَشْبَاهَ
ٱلْعُرَاةِ

قَالَ سَيْفٌ عَنْ عَمْرٍو والمجالد عن الشعبيّ قال كَانَ أَوَّلَ مَنْ لَقِيَ خَالِدٌ
مَهْبَطَهُ ٱلْعِرَاقِ هُرْمُزُ وَأَنُوشَجَانُ بِٱلْكَوَاظِمِ ثُمَّ نَزَلَ ٱلْفُرَاتَ بِشَاطِئِ دِجْلَةَ
فَلَمْ يَلْقَ كَيْدًا وَتَبَجَّحَ بِشَاطِئِ دِجْلَةَ ثُمَّ ٱلثَّنِيّ ولم يلق بعد هُرْمُزَ احدا الا
كانت الآخرة أَعْظَمَ من ٱلْأُولَى حتى اتى دُومَةَ ٱلْجَنْدَلِ وزاد سهم الفارس يوم
ٱلثَّنِيّ على سهمه في ذات السلاسل فاقام خالد بِٱلثَّنِيّ يسبي عيالات المقاتلة ومن
اعانهم وَأَقَرَّ الفلّاحين ومن اجاب الى الخراج من جميع الناس بعد ما دُعُوا وكلّ
ذلك اخذ عنوة وَلٰكِنْ دُعُوا إِلَى ٱلْجَزَآءِ فاجابوا وتراجعوا وصاروا ذِمّةً
وصارت ارضهم لهم كذلك جَرَى ما لم يُقْسَمْ فاذا اقتسم فلا وكان في ٱلسَّبْيِ
حَبِيبٌ ابو الحسن يعني ابا الحسن ٱلْبَصْرِيَّ وكان نَصْرَانِيًّا وَمَافَنَّةُ مولى عثمن وابو
زياد مولى المغيرة بن شُعْبَةَ وَأَمَّرَ على الجند سعيد بن النعمن وعلى ٱلْجَزَآءِ سُوَيْدَ
بْنَ مُقَرِّنٍ ٱلْمُزَنِيَّ وَأَمَرَهُ بنزول الحفير وَأَمَرَهُ بِبَثِّ عُمَّالِهِ ووضع يده في ٱلْجِبَايَةِ واقام
لعدوّه يتحسّس الاخبار

ثُمَّ كَانَ أَمْرُ ٱلْوَلَجَةِ فِي صَفَرٍ مِنْ سَنَةِ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ وَٱلْوَلَجَةُ مِمَّا يَلِي

Caput quintum decimum.

Persae profligantur ad El madsâr, El waladscham et Ellissam.

Proelium ad El madsâr commissum est mense Safaro anno duodecimo. Quam ob rem illo tempore dixerunt homines: Safar Safarorum is fuit, quo quisque ferox occisus est ad amnes confluentes. Tradidit nobis Obeid alla dixitque: tradidit nobis patruus, quae ipse a Seifo acceperat; cui tradita fuerant a Sijâdo et El mohalleb, qui ex Abd errachmân ben sijâh Achmarita ea comperrerant. Dicit Taberistânensis: in iis vero, quae ad me scripsit Essurri, ut a Schoaibo narrata, cui a Seifo tradita fuerant, haec quidem leguntur; dixisse illum, ex El mohalleb ben okba, et Sijâd ben sirdschis Achmarita, atque Abd errachmân ben sijâh Achmarita, se comperisse haec. Hormos quidem ad Ardeschirum et Schiram litteras dederat, quibus illos certiores fecerat, Châledum missis litteris ipsi significasse, se El jemâma profectum jam ad ipsum tendere. Quam ob rem rex Hormoso subsidio misit Kârenum ben karjânos. Qui ex El madâin profectus, ad Hormosum iter fecit. Ubi vero in El madsâr pervenit, de clade accepta certior factus est, ac mox fugientes homines ad eum confluxerunt. Qui tamen invicem se cohortati sunt. Profugi enim Ahwâsitae et Persae profugis Sewâdensibus et Dschebelensibus: „quod si nunc dissipamini, nunquam postea coire poteritis. Itaque cuncti jam retro revertimini, junctis viribus. Adest enim subsidium a rege missum, adestque Kâren. Fieri sane potest, ut Deus opem nobis ferat, ipsique, pulsis hostibus, quae illi abstulerant recipiamus." Cui cohortationi quum obtemperassent illi, Kâren castra metatus est ad El madsâr, praefecitque alis Kobâdsum et Anûschedschânum. Quam rem ipsi El mothanna et El moanna nuntiarunt Châledo. Qui, simul atque de adventu Kâreni certior factus est, praedam inter eos divisit, quibus eam impertiverat Deus, atque ex parte quinta quoque praedae, quantum Deo gratum erat, manubias dedit. Reliquum ad Abu bekrum misit, legato ad eum El walido ben okba, eique significavit victoriam reportatam, et quae de illis hominibus ipse compererat, eosque jam ad alveum, et El mogîthum atque El mogâthum, coiisse; alveum autem Arabes quemcunque amnem dicunt. Deinde Châled iter ingressus, ad El madsâr castra posuit, Kâreno, ejusque agmini, e regione oppositus. Mox ibi manus conseruerunt, dum instructam aciem habebat Châled. Quo loco, posteaquam acriter et exasperato animo dimicatum est, in medium prodiens, ad singulare certamen

وَكَانَتْ وَقْعَةُ ٱلْمَذَارِ فِي صَفَرٍ سَنَةَ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ يَوْمَئِذٍ قال الناس صَفَرُ ٱلْأَصْفَارِ وَفِيهِ يُقْتَلُ كُلُّ جَبَّارٍ عَلَى مَجْمَعِ ٱلْأَنْهَارِ ۞ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قَالَ حَدَّثَنِي عَمِّي عَنْ سَيْفٍ عَنْ زِيَادٍ وَٱلْمُهَلَّبِ عَنْ عَبْدِ ٱلرَّحْمَنِ بْنِ سِيَاهٍ ٱلْأَحْمَرِيِّ ۞ قَالَ ٱلطَّبَرِيُّ وَأَمَّا فِيمَا كَتَبَ إِلَيَّ بِهِ ٱلسَّرِيُّ عَنْ شُعَيْبٍ عَنْ سَيْفٍ فانه قال عن المهلب بن عقبة وزياد بن سرجس الاحمرى وعبد الرحمن بن سياه الاحمرى قالوا وَكَانَ هُرْمُزُ كَتَبَ الى اردشير وَشِيرَى بالخبر بكتاب خالد اليه بمسيره من اليمامة نحوه فَأَمَدَّهُ بِقَارِنِ بْنِ قَرْيَانِسَ فخرج قارن من المداين مُمِدًّا لِهُرْمُزَ حتى اذا انتهى من ٱلْمَذَارِ بَلَغَتْهُ ٱلْهَزِيمَةُ وانتهت اليه ٱلْفُلَّالُ فتذامروا وقال فلال الاهواز وفارس لفلال السواد وَٱلْجَبَلِ إِنِ ٱفْتَرَقْتُمْ لَمْ تَجْتَمِعُوا بَعْدَهَا أَبَدًا فَٱجْتَمِعُوا عَلَى ٱلْعَوْدِ مَرَّةً وَاحِدَةً فَهٰذَا مَدَدُ ٱلْمَلِكِ وَهٰذَا قَارِنٌ لَعَلَّ ٱللّٰهَ يُدِيلُنَا ويشفينا من عدونا وَنُدْرِكُ بَعْضَ مَا أَصَابُوا مِنَّا ففعلوا وعسكر بالمذار واستعمل قارن على مُجَنِّبَتَيْهِ قُبَاذَ وَأَنُوشَجَانَ وَأَرَزَ ٱلْمُثَنَّى وَٱلْمُعَنَّى الى خالد بالخبر ولما انتهى الخبر الى خالد عن قارن قَسَمَ ٱلْفَيْءَ عَلَى مَنْ أَفَاءَهُ ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَنَفَّلَ من الخمس ما شاء الله وبعث بِبَقِيَّتِهِ وبالفتح الى ابى بكر وبالخبر عن القوم وباجتماعهم الى ٱلثِّنْيِ والمغيث والمغاث مع الوليد بن عقبة والعرب تسمّى كلّ نهر ٱلثِّنْيَ وخرج خالد سائرا حتى نزل ٱلْمَذَارَ على قارن فى جموعه فالتقوا وخالد على تَعْبِيَتِهِ فاقتتلوا عَلَى حَنَقٍ وحَفِيظَةٍ وخرج قارن يدعو للبراز فبرز له خالد وَأَبْيَضُ

moannae. Colonos neque Châled, neque ejus duces, ulla in terra, quae ipsorum armis subacta erat, deturbarunt; sic enim jusserat Abu bekr. Militum quidem, qui Persarum res procurabant, liberos captivos abduxit; colonos vero, quicunque ad pugnandum non surrexerant, suo quemque loco esse sivit, eosque in tutelam recepit. Praedae portio, quae post proelium catenarum, et quod ad alveum commissum est, singulis equitibus cessit, mille dirhemorum fuit; quae peditibus, supra illius partem tertiam.

من فتوحهم لِتَقَدُّمِ ابى بكر اليه فيهم وَسَبَى أَوْلَادَ ٱلْمُقَاتِلَةِ الذين كانوا يقومون بامور الاعاجم وَأَقَرَّ من لم ينهض من الفلّاحين وجعل لهم الذمّة وَبَلَغَ سَهْمُ الفارس فى يوم ذَاتِ ٱلسَّلَاسِلِ وَٱلثِّنْيِ أَلْفَ دِرْهَمٍ والراجل على ٱلثُّلُثِ مِنْ ذَلِكَ

Kobâds et Anuschedschân. Haec nobis tradidit Obeid alla, qui dixit: tradidit ea nobis patruus meus, qui a *Seifo* ea acceperat, cui ab *Amr* ben mohammed tradita fuerant, qui ex Esschobio ea compererat. Qui dixit: cidaribus utebantur Persae, ad dignitatis gradum, quem inter gentis familias obtinebant singuli, ita comparatis, ut, qui summam nobilitatem adsequuti essent, cidari caput cingerent, quae centum millibus dirhemorum constaret. Ex quibus nobilissimis quum etiam Hormos fuisset, cidarim habuerat, quae centum millibus constabat, quam Châledo pro manubiis dedit Abu bekr. Gemmis quoque distincta erat. Nobilissimi eorum autem ii habebantur, quicunque ex septem quibusdam eorum familiis orti erant.

Haec nobis tradidit Obeid alla, qui dixit: tradidit ea mihi patruus, qui a Seifo ea cognoverat, cui tradita fuerant a Mohammed ben noweira, qui ex Handala ben sijâd ben handala ea comperat. Qui dixit: quum post illud proelium a persequendo destitissent, iterque statim parandum Châledi praeco proclamasset, exercitum ille abduxit, subsequentibus impedimentis, castraque posuit quo loco jam exstat pons Basrensis major. Salvi vero evaserant Kobâds et Anuschedschân. Inde victoriae nuntium, et quae ex parte quinta praedae restabant, elephantumque captum El medinam misit Châled, palamque populo, victoriam reportatam esse, proclamavit. El medinam cum parte quinta praedae et elephanto quum pervenisset Sirr ben koleib, elephantusque, ut homines eum cernerent, per urbem duceretur, simplices mulieres quidem dicebant: „num quod cernimus ex iis est, quae Deus condidit?" Arte factum quippe eum putabant. Elephantum deinde cum Sirro remisit Abu bekr. Addit idem narrator: Châled quum eo loco, quo jam exstat pons Basrensis major, castra posuisset, El mothannam ben hâretha hostem vestigiis sequi jussit; Makelum ben mokarren vero in El obollam emisit, ut opes captivosque ex ea ipsi cogeret. Qui igitur eo profectus, in El obolla consedit, opesque captivosque coegit. Ait vero Abu dschafer mohammed ben dscherir, quem misericordia amplectatur Deus: haec quidem narratio, tunc expugnatam esse El obollam, ab iis abhorret, quae clarorum virorum vitarum auctores comperrerunt, et ab iis etiam, quae monumenta docent fide digna. Neque El obolla expugnata est, nisi imperante Omaro, cujus misereatur Deus, et quidem ab Otba ben gaswân, anno post Hedschram quarto decimo. Quam ob rem quae in ea gesta sunt, et quomodo expugnata sit, tum exponemus, quum ad illas res perveniemus, juvante Deo. Redit jam narratio ad ea, quae tradidit Seif, qui ab Mohammed ben noweira ea cognoverat, cui tradita fuerant ab Handala ben sijâd. Qui dixit: El mothanna deinde ad amnem feminae contendit, atque ad castellum, in quo se continebat femina, ipse accessit. Quo loco El moannam ben hâretha post se reliquit, qui castellum obsidio pressit. Ipse vero El mothanna ad maritum perrexit, eumque obsidio cinxit. Quos homines per vim subactos interfecit; opum quandam partem vero intactam reliquit. De quibus certior facta femina, cum El mothanna pacificata est, moxque islamismum amplexa, nupsit El

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال حدّثنا عمّي عن سَيْفٍ عن عمرو بن محمد عن ٱلشَّعْبِيّ قال كان اهل فارس يجعلون قَلَانِسَهُمْ على قدر احسابهم في عشايرهم فَمَنْ تَمَّ شَرَفُهُ فَقِيمَةُ قَلَنْسُوَتِهِ مِايَةُ أَلْفٍ فَكَانَ هُرْمُزُ مِمَّنْ تَمَّ شَرَفُهُ فكان قيمتها مايه الف فَنَفَّلَهَا ابو بكر خالدا وكانت مُفَصَّصَةً بالجوهر وَتَمَامُ شَرَفِ أَحَدِهِمْ أَنْ يَكُونَ مِنْ بُيُوتَاتِهِمُ ٱلسَّبْعِ

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللَّهِ قَالَ حَدَّثَنِي عَمِّي عن سَيْفٍ عن محمد بن نُوَيْرَةَ عن حنظلة بن زياد بن حنظلة قال لَمَّا تَرَاجَعَ الطلب من ذلك اليوم نَادَى مُنَادِي خالد بالرحيل وسار بالناس وَٱتَّبَعَتْهُ ٱلْأَثْقَالُ حتى ينزل بموضع الجسر الاعظم من ٱلْبَصْرَةِ اليوم وقد أَفْلَتَ قُبَاذُ وَأَنُوشَجَانُ وبعث خالد بِٱلْفَتْحِ وما بقي من الاخماس وبالفيل وَقَرَأَ ٱلْفَتْحَ على الناس فلما قدم زِرُّ بن كليب بالفيل مع الاخماس فَطِيفَ به في المدينة لِيَرَاهُ ٱلنَّاسُ جعل ضعيفات النساء يَقُلْنَ أَمِنْ خَلْقِ ٱللَّهِ مَا نَرَى وَرَأَيْنَهُ مَصْنُوعًا فردّه ابو بكر مع زِرٍّ قال ولما نزل خالد موضع الجسر الاعظم اليوم بالبصرة بعث ٱلْمُثَنَّى بن حارثة الى اثار القوم وَأَرْسَلَ مَعْقِلَ بْنَ مُقَرِّنٍ ٱلْمُزَنِيَّ إِلَى ٱلْأُبُلَّةِ ان يجمع له مالها والسبيّ فخرج حتى نزل ٱلْأُبُلَّةَ فجمع الاموال والسبايا ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ محمد بن جرير رحمة الله عليه هَذِهِ ٱلْقِصَّةُ فِي أَمْرِ ٱلْأُبُلَّةِ وَفَتْحِهَا خِلَافُ مَا يَعْرِفُهُ أَهْلُ ٱلسِّيَرِ وَخِلَافُ ما جاءت به ٱلْآثَارُ ٱلصِّحَاحُ وانما كان فتح ٱلْأُبُلَّةِ أَيَّامَ عُمَرَ رحمه الله وعلى يدي عتبة بن غَزْوَانَ في سنة أَرْبَعَ عَشْرَةَ من الهجرة وَسَنَذْكُرُ امرها وقصّة فتحها اذا انتهينا الى ذلك إِنْ شَآءَ ٱللَّهُ ✿ رَجَعَ ٱلْحَدِيثُ الى حديث سَيْفٍ عن محمد بن نويرة عن حَنْظَلَةَ بن زياد قال وخرج ٱلْمُثَنَّى حتى انتهى الى نَهْرِ ٱلْمَرْأَةِ فانتهى الى الحصن الذى فيه المراة فَخَلَّفَ ٱلْمُعَنَّى بن حارثة عليه فَحَاصَرَهَا في قصرها وَمَضَى ٱلْمُثَنَّى الى الرجل فحاصره ثم استنزلهم عَنْوَةً فقتلهم وَٱسْتَبْقَى أَمْوَالَهُمْ ولما بلغ ذلك ٱلْمَرْأَةَ صالحت المثنّى وَأَسْلَمَتْ فتزوّجها ٱلْمُعَنَّى ولم يُحَرِّكْ خالد وَأُمَرَآؤُهُ الفلّاحين في شى

mos, hostesque ad El hafir coituros esse comperit. Quam ob rem retro reversus, ante Châledum in El hafir pervenit, ibique constitit, aciemque instruxit. Alis quidem binos fratres praefecit, qui obviam irent Ardeschiro et Schirae ad Ardeschir el akbar; quibus nomen erat Kobâdso et Anûschedschâno. Catenas hi secum attulerunt. Quod qui nondum viderant, iis qui viderant: „vosmet ipsi constringitis hostium commodo; itaque hoc facere nolite; est enim omen sinistrum." Quibus respondentes illi: „quod ad vos vero adtinet, nobis narrant homines, vos de fuga cogitare." Châled ubi, ad El hafir Hormosum constitisse, certior factus est, ad Kâdemam exercitum deducere coepit. Quo comperto, illum praevertens, ad Kâdemam properavit Hormos, ibique consedit defessus. Erat autem Hormos ex iis illi limiti praefectis, quorum vicinitas Arabibus molestissima habebatur; unde factum est, ut communi odio eum prosequerentur Arabes, ipsiusque nequitia in proverbiis versaretur. Quippe dicebant illi: Hormoso pejor, et: Hormoso improbior. Tum itaque Hormos, et qui cum eo erant, iterum agmen instruxerunt, catenas secum adferentes. Etiam aquam praeoccupaverunt. Mox propius ad eos accessit Châled, conseditque aqua exclusus. De qua re quum quererentur, haec praeconem proclamare jussit Châled: „agite dum, ex equis descendite! sarcinisque positis, de aqua cum illis certate! ei enim, per vitam meam, aqua cedet agmini, quod constantia praestat, et nobilitate." Positis itaque sarcinis, equos reliquerunt stantes; pedes vero quisque procedens, pedetentim ad hostes successit, donec in eos inciderent. Tum manus conseruerunt. Deus vero nubem misit, aciem Moslemorum a tergo obumbrantem; qua re tantum subsidii iis tulit, ut ante medium diem factum camela quaeque, quae pulli expers esset, comitem impositum jam haberet. Tradidit nobis Obeid alla, dixitque: tradidit nobis quae cum illis congruunt patruus meus, qui a Seifo ea acceperat, cui ad Abd el melik ben athâ Bekkâita tradita fuerant, qui ex El mokatta ben el heithem Bekkâita ea compererat.

Dicit Abu dschafer: Hormos vero socios quosdam in insidiis collocavit, quos Châledo insidiari jussit; quod se facturos esse, polliciti sunt. Deinde Hormos in medium progressus, proclamavit haec: „en virum hic! jamque a Châledo quoque emittatur aliquis vir!" Cum equitibus suis autem res ei jam convenerat. Châled itaque quum prodiisset, ex jumento descendit Hormos, illumque ad certamen provocavit. Descendit igitur Châled, et ad illum subiit. Postcaquam gemino ictu invicem se petierunt, lacertis illum complexus est Châled. Quo viso, satellites illi Hormosi, perfide erumpentes, in Châledum quidem invaserunt, sed, quo minus Hormosum conficeret, prohibere non potuerunt. Statimque erupit etiam El kakâa ben amr, in satellites Hormosi invadens, eosque oppressit. Tum Châled quoque gladium in illos convertit, moxque agmen Persarum ita in fugam conjectum est, ut Moslemi fugientes insequerentur, donec eos obrueret nox. Disjecta vasa, inter quae etiam arma aderant, collegit Châled; quo justum onus cameli effecerunt, mille libras ferentis. Proelium illud Dsât esselâssel, *i. e. proelium catenarum*, adpellarunt. Salvi vero ex eo evaserunt

اصحابه فيتلقى خالدا وَسَبَقَ حَلْبَتَهُ فلم يجدها طريق خالد وبلغه انهم تواعدوا ٱلْحَفِيرَ فعاج يبادره الى ٱلْحَفِيرِ فَنَزَلَهُ فتعبّى به وجعل على مُجَنِّبَتَيْهِ أَخَوَيْنِ يُلَاقِيَانِ أَرْدَشِيرَ وَشِيرَى إِلَى أَرْدَشِيرَ ٱلْأَكْبَرِ يُقَالُ لَهُمَا قُبَاذُ وَأَنُوشَجَانُ وَٱقْتَرَنُوا فِي ٱلسَّلَاسِلِ فَقَالَ مَنْ لَمْ يَرَ ذَلِكَ لِمَنْ رَآهُ قَيَّدْتُمْ أَنْفُسَكُمْ لِعَدُوِّكُمْ لَا تَفْعَلُوا فَإِنَّ هَذَا طَائِرُ سَوْءٍ فاجابوهم وقالوا أَمَّا أَنْتُمْ فيحدّثوننا انكم تريدون الهرب فَلَمَّا أَتَى ٱلْخَبَرُ خَالِدًا بِأَنَّ هُرْمُزَ فِي ٱلْحَفِيرِ أَمَالَ ٱلنَّاسَ إِلَى كَاظِمَةَ وبلغ هرمز ذلك فبادره الى كَاظِمَةَ فَنَزَلَهَا وَهُوَ حَسِيرٌ وَكَانَ مِنْ أَسْوَءِ أُمَرَاءِ ذَلِكَ ٱلْفَرْجِ جِوَارًا لِلْعَرَبِ فكلّ العرب عليه مُغِيظٌ وقد كانوا ضربوه مَثَلًا فى الخبث حتى قالوا أَخْبَثُ مِنْ هُرْمُزَ وَأَكْفَرُ مِنْ هُرْمُزَ وتعبّى هرمز واصحابه وَٱقْتَرَنُوا فِي ٱلسَّلَاسِلِ والماء فى ايديهم وَقَدِمَ خالد عليهم فنزل على غير ماء فقالوا له فى ذلك فامر مناديه فنادى أَلَا ٱنْزِلُوا وَحُطُّوا أَثْقَالَكُمْ ثُمَّ جَالِدُوهُمْ عَلَى ٱلْمَاءِ فَلَعَمْرِي لَيَصِيرَنَّ ٱلْمَاءُ لِأَصْبَرِ ٱلْفَرِيقَيْنِ وَأَكْرَمِ ٱلْجُنْدَيْنِ فَحُطَّتِ ٱلْأَثْقَالُ وَٱلْخَيْلُ وُقُوفٌ وَتَقَدَّمَ ٱلرَّجْلُ ثم زحف اليهم حتى لاقاهم فاقتتلوا وَأَرْسَلَ الله سحابة وَغَدَّرَتْ ما وَرَاءَ صَفِّ المسلمين فَقَوَّاهُمْ بها وما ارتفع النهار وَفِي ٱلْغَائِطِ مُقْتَرِنٌ ❊ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللَّهِ قال حدّثنا عمّى عن سيف عن عبد الملك بن عطاء ٱلْبَكَّائِيِّ عَنِ ٱلْمُقَطَّعِ بْنِ ٱلْهَيْثَمِ ٱلْبَكَّائِيِّ مِثْلَهُ

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَأَرْسَلَ هُرْمُزُ اصحابه بالغدر ليغدروا بخالد فَوَاطَؤُوهُ على ذلك ثم خرج هرمز فنادى رَجُلٌ وَرَجُلٌ مِنْ خَالِدٍ وقد عهد الى فرسانه عَهْدَهُ فلما نزل خالد نزل هرمز ودعاه الى النزال فنزل خالد فمشى اليه فاختلفا ضربتين وَٱحْتَضَنَهُ خَالِدٌ وَحَمَلَتْ حَامِيَةُ هُرْمُزَ وَغَدَرَتْ فاستلحموا خالدا فما شغله ذلك عن قتله وحمل القعقاع بن عمرو واستلحم حُمَاةَ هُرْمُزَ فَأَنَامُوهُمْ فاذا خالد يماصعهم وانهزم اهل فارس وَرَكِبَ المسلمون اكتافهم الى الليل وجمع خالد ٱلرِّثَاثَ وفيها السلاح فكانت وِقْرَ بَعِيرٍ أَلْفِ رَطْلٍ فَسُمِّيَتْ ذَاتَ ٱلسَّلَاسِلِ وَأَفْلَتَ قُبَاذُ وَأَنُوشَجَانُ ❊

Châled. Deinde iis hominibus, qui inter ipsum et El irâkam versabantur, evocatis, octo millia militum ex Rebiitis et Modaritis collegit. Quos quum binis millibus, quae secum jam habuerat, junxisset, cum decem millibus hominum ad octo illa millia accessit, quos duces illi quattuor coegerant, id est El mothanna, Medsûr, Selma et Harmala. Unde factum est, ut Hormoso Châled cum decem et octo millibus hominum occurreret.

Haec nobis tradidit Obeid alla, qui dixit: haec nobis tradidit patruus meus, qui ex Seifo ea compererat, cui ab El mohalleb Asadita tradita fuerant, qui ex Abd errachmân ben sijâh ea audiverat, atque Talcha ben el alam, cui ab El mogîra ben oteibâ tradita fuerant. Qui dixerunt: Abu bekr quum bello Irakensi praefecisset Châledum ben el walîd, hoc ei scripsit, ut a parte superiori in El irâkam irrumpens evocaret Jjâdum, utque deinde uterque scorsus ad El hiram procederet, et ea quidem lege, ut uter primus eo perveniret, is socio praefectus esset. Addiditque haec: „quum in El hira coieritis, atque, praesidiis Persarum disjectis, Moslemi ne a tergo petantur securi erunt, tum alter vestrum El hirae remaneat, et praesidio sit Moslemis et socio, alter vero in Persas irruat, Deo vobisque inimicos, et in eorum sedem, gloriaeque eorum columen, id est urbem El madâjin." Haec nobis tradidit Obeid alla, qui dixit: haec nobis tradidit patruus meus, qui ex Seifo ea compererat, cui ab El modschâled tradita fuerant, qui ab Esschobio ea acceperat. Qui dixit: scripsit autem Châled Hormoso haec, ante quam cum Asâdsubeho ad Schâscham Jemânensem perrexerat, quo quidem tempore Hormos Ennoomânae praeerat: „deinde scias haec. Moslemum te fac! tum enim salvus eris. Aut tutelam tibi tuisque para tributo solvendo. Quodsi nolis, postea nonnisi te ipse culpabis. Etenim cum hominibus tibi superveni, qui quemadmodum vitam expetitis, expetunt mortem." Haec porro exposuit Seif, ut a Talcha ben el alam accepta, qui ab El mogîra ben oteiba, Kufensium judice, ea cognoverat; qui dixit: Châled quum ex El jemâma in El irâkam contenderet, exercitum in agmina tria dispertivit, neque eadem via ea deduxit. Praemisit El mothannam, ita ut biduo ipsum antecederet; cui viae dux aderat Dafr. Deinde Adium ben hâtem et Assemum ben amr, cum Mâleko ben abbâd et Selmo ben nasr, viae ducibus, emisit; quorum alter unius diei spatio ab altero aberat. Ipse Châled cum Râfeo, viae duce, profectus, ad locum El hafîr omnes coire, indeque in hostes irrumpere jussit. Limes Indorum autem inter omnes Persiae limites praestabat auctoritate et potentia: quippe qui ei praefectus erat, terra bellum inferebat, marique bellum gerebant Indi. Eadem exposuerunt etiam El mohalleb ben okba et Abd errachmân ben sijâh Achmarita, a quo El hamrâ nomen traxit, quae Hamrâ Sijâhi nuncupata est. Quorum uterque haec dixit: Châledi litteras quum accepisset Hormos, Schiram ben kesra et Ardeschirum ben schira de hac re certiores fecit, copiasque coegit. Iter deinde ingressus, cum expeditissimis militibus in El kewâdem properavit, ut occurreret Châledo. Processerant jam velocissimi ejus equites. Sed qua via ibat Châled, in ea illos non invenit Hor-

ممن بينه وبين العراق فحشر ثمانية الف من ربيعة وَمُضَرَ الى الفين كانا معه فقدم في عشرة الف على ثمانية الف ممن كان مع الامراء الاربعة يعني الامراء الاربعة ٱلْمُثَنَّى وَمَذْعُورًا وَسَلْمَى وَحَرْمَلَةَ فَلَقِيَ هُرْمُزَ فِي ثَمَانِيَةَ عَشَرَ أَلْفًا

حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قال حدّثنا عمّي عن سيف عن ٱلْمُهَلَّبِ ٱلْأَسَدِيِّ عن عبد الرحمن بن سِيَاهٍ وَطَلْحَةَ بْنِ ٱلْأَعْلَمِ عَنِ ٱلْمُغِيرَةِ بْنِ عُتَيْبَةَ قالوا كتب ابو بكر الى خالد بن الوليد اذا أَمَّرَهُ على حرب العراق أَنْ يدخلها من اعلاها ثم يستفتي عِيَاضًا فَيَسْتَنْفِيَا الى الحيرة فَأَيُّهُمَا سبق الى الحيرة فهو امير على صاحبه وقال اذا اجتمعتما بالحيرة وَقَدْ فَضَضْتُمَا مَسَالِحَ فَارِسَ وَأَمِنْتُمَا أَنْ تُؤْتَى المسلمون من خلفهم فَلْيَكُنْ أَحَدُكُمَا رِدْأً للمسلمين ولصاحبه بالحيرة وليقتحم الآخر على عدوّ الله وعدوّكم من اهل فارس وعلى دارهم ومستقرّ عزّهم ٱلْمَدَآئِنِ ☆ حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ قال حدّثنا عمّي عن سيف عن المجالد عن ٱلشَّعْبِيِّ قال كتب خالد الى هُرْمُزَ قبل خروجه مع أَزَاذْبَةَ إِلَى ٱلزَّبَارِبَةِ الذى باليمامة وَهُرْمُزُ صاحب الثغر يومئذ أَمَّا بَعْدُ أَسْلِمْ تَسْلَمْ وَٱعْتَقِدْ لِنَفْسِكَ وَقَوْمِكَ ٱلذِّمَّةَ وَأَقْرِرْ بِٱلْجِزْيَةِ وَإِلَّا فَلَا تَلُومَنَّ إِلَّا نَفْسَكَ فقد جئتك بقوم يحبّون الموت كما تحبون الحياة قال سَيْفٌ عن طلحة بن الاعلم عن المغيرة بن عتيبة وكان قاضي اهل الكوفة قال فَرَّقَ خَالِدٌ مَخْرَجَهُ من اليمامة الى العراق جُنْدَهُ ثَلَاثَ فِرَقٍ ولم يحملهم على طريق واحد فَسَرَّحَ ٱلْمُثَنَّى قَبْلَهُ بِيَوْمَيْنِ وَدَلِيلُهُ ظَفَرٌ وَسَرَّحَ عديّ بن حاتم وعاصم بن عمرو ودليلاهما مالك بن عبّاد وَسَالِمُ بن نصر احدهما قبل صاحبه بيوم وخرج خالد ودليله رَافِعٌ فواعدهم جميعا ٱلْحَفِيرَ ليجتمعوا به وليصادموا عدوّهم وكان فَرْجُ ٱلْهِنْدِ أَعْظَمَ فُرُوجِ فَارِسَ شَأْنًا وَأَشَدَّهَا شَوْكَةً وكان صاحبه يحارب في ٱلْبَرِّ وَٱلْهِنْدَ في البحر قال وَشَارَكَهُ ٱلْمُهَلَّبُ بْنُ عُقْبَةَ وعبد الرحمن بن سِيَاهٍ ٱلْأَحْمَرِيُّ الذى ينسب اليه ٱلْحَمْرَآءُ فيقال حَمْرَآءُ سِيَاهٍ قالا لما قدم كتاب خالد على هُرْمُزَ كتب بالخبر الى شِيرَى بْنِ كِسْرَى وَإِلَى أَرْدَشِيرَ بْنِ شِيرَى وجمع جموعه ثم سار وتعجّل الى ٱلْكَوَاظِمِ فِي سَرَعَانِ

compererat, qui dixit: legendas mihi dederunt Bokailitae litteras has, quas ad incolas urbis El madājin dederat Châled ben el walid: „A Châledo ben el walid haec nuntiantur praetoribus gentis Persarum. Salvus sit quicunque ad ductum rectum se adplicaverit. Deinde vero laude celebramus Deum, qui agmen vestrum disiecit, imperio vos exuit, et astutiam vestram debilitavit. Quicunque vero precatione nostra utitur, in plagam, quam sacram habemus, conversus, victimisque nostris vescitur, is Moslemus est, eique erunt, quae nobis sunt, subibitque quae subimus. Deinde sciatis haec. Post litteras meas acceptas obsides mihi mittite, tutelamque a me vobis comparate. Quod si non faciatis, per illum sane! praeter quem non exstat deus alius, homines in vos immittam, qui, quemadmodum vitam expetitis, expetunt mortem." Quibus litteris perlectis, eas mirati sunt illi. Acta autem sunt haec anno duodecimo.

Homines alii vero, qui ab Ebn ishâk, et Heschâm, iisque, quorum narrationem supra exposui, diversi sunt, de rebus Châledi, ejusque in El irâkam profectione, ea tradiderunt, quae mihi narravit Obeïd alla ben saad. Qui quidem dixit: haec mihi tradidit patruus, qui ex Seif ben omar ea compererat, cui ab Amr ben mohammed tradita fuerant, qui ab Esschobio ea cognoverat. Qui dicit: res Jemâmensium quum composuisset Châled ben el walid, haec ei scripsit Abu bekr, cujus misereatur Deus: „te victorem reddidit Deus; jam igitur El irâkam percurre, quoad cum Jjâdo coieris." Atque Jjâdo ben gannâm, qui inter Ennibâdsch et El hedschâsam tunc commorabatur, scripsit haec: „ad El modajjacham procede, eamque primam occupa; deinde in El irâkam ex superiori regione ingressus, eam percurre, quoad cum Châledo coieris; quicunque vero redire velit, ei redeundi potestatem facito, neque quem adjutorem retineto invitum." Quae litterae quum ad Châledum et Jjâdum perlatae essent, et uterque ex mandato Abu bekri militibus domum redire permisisset, reditum parantes El medinae ejusque viciniae incolae, ab illis discesserunt. Subsidia propterea flagitanti Châledo Abu bekr subsidio misit El kakâam ben amr Temimitam. Quam ob rem quum dixissent Abu bekro: „num tu homini, a militibus suis derelicto, jam subsidio mittis hominem unum?" respondit: „agmen quin, in quo ejusmodi homo adest, non fundetur unquam." Jjâdo vero subsidio misit Abdum ben gauth Himjaritam, atque utrique, ut nonnisi eos, qui apostatis bellum intulissent, et etiam post legatum Dei exstinctum in islamismo perstitissent, homines evocarent, scripsit, haec addens: „neque in ullius apostatae vestigia inquirite, donec quae agam videro." Proeliis igitur non interfuit ullus apostata. Châled autem, simul atque litteras accepit, quibus praefecturam El irâkae ipsi delatam esse nuntiabatur, Harmalae, Selmae, atque El mothannae, et Medsûro, ut ad ipsum accederent, scripsit, iisque hoc mandavit, ut ad El obollam coire copias suas juberent. Quippe litteris illis Châledum, simul atque in El irâkam invaserit, Sindorum et Indorum limitem, quo nomine tunc adpellabatur El obolla, primum occupare jusserat Abu bekr. Et certo quidem die illos coire jussit

ٱتَّبَعَ ٱلْهُدَى أَمَّا بَعْدُ فَٱلْحَمْدُ لِلَّهِ ٱلَّذِى فَضَّ خَدَمَتَكُمْ وسلب ملككم وَوَهَّنَ كيدكم وانه من صلى صلاتنا وَٱسْتَقْبَلَ قِبْلَتَنَا واكل ذبيحتنا فذلك ٱلْمُسْلِمُ الذى له ما لنا وعليه ما علينا أَمَّا بَعْدُ فاذا جاءكم كتابى فَٱبْعَثُوا إِلَىَّ بالرهن واعتقدوا منى الذمّة وَإِلَّا فوالذى لا إِلَهَ غيره لَأَبْعَثَنَّ اليكم قوما يحبّون الموت كما تحبّون انتم الحيوة فَلَمَّا قَرَأُوا الكتاب اخذوا يتعجّبون وذلك سنة اثنتى عشرة

وَأَمَّا غَيْرُ ٱبْنِ إِسْحَق وَغَيْرُ هِشَامٍ وَمَنْ ذَكَرْتُ قَوْلَهُ مِنْ قَبْلُ فَإِنَّهُ قَالَ فى امر خالد وَمَسِيرِهِ الى العراق ما حدّثنى عبيد الله بن سعد قال حدثنا عمّى عن سَيْفِ بن عُمَرَ عن عمرو بن محمد عن ٱلشَّعْبِىِّ قال لما فرغ خالد بن الوليد من اليمامة كتب اليه ابو بكر رحمه الله إِنَّ ٱللَّهَ فَتَحَ عَلَيْكَ فَعَارِقْ حَتَّى تَلْقَى عِيَاضًا وكتب الى عِيَاضِ بْنِ غَنْمٍ وهو بين ٱلنِّبَاجِ وَٱلْحِجَازِ أَنْ سِرْ حَتَّى تَأْتِىَ ٱلْمُصَيَّخَ فَٱبْدَأْ بها ثم ادخل العراق من اعلاها وَعَارِقْ حتى تلقى خالدا وَٱيْذَنَا لمن شاء بالرجوع ولا تَسْتَفْتِحَا بِمُتَكَارِهٍ ولما قدم الكتاب على خالد وعياض وَأَذِنَا فى القفل عن امر ابى بكر قَفَلَ اهل المدينة وما حولها وَأَعْرَوْهَا فاستمدّ ابا بكر فَأَمَدَّ ابو بكر خالدا بِٱلْقَعْقَاعِ بن عمرو التميمىّ فقيل له أَتُمِدُّ رَجُلًا قد ٱرْفَضَّ عَنْهُ جُنُودُهُ بِرَجُلٍ فقال لا يُهْزَمُ جَيْشٌ مِثْلُ هَذَا بَيْنَهُمْ وَأَمَدَّ عِيَاضًا بِعَبْدِ بْنِ غَوْثٍ ٱلْحِمْيَرِىِّ وكتب اليهما أَنْ يَسْتَنْفِرَا من قاتل اهل الردّة ومن يثبت على الاسلام بعد رسول الله وَلَا تَغْزُوا مَعَكُمْ أَحَدٌ ٱرْتَدَّ حَتَّى أَرَى رَأْيِى فلم يشهد الايام مُرْتَدٌّ فلما قدم الكتاب على خالد بنامبس العراق كتب الى حَرْمَلَةَ وَسُلْمَى وَٱلْمُثَنَّى وَمَذْعُورٍ باللحاق به وامرهم ان يواعدوا جُنُودَهُمُ ٱلْأُبُلَّةَ وذلك ان ابا بكر امر خالدا فى كتابه اذا دخل العراق أَنْ يَبْدَأَ بِفَرْجِ اهل السند والهند وهو يومئذ ٱلْأُبُلَّةُ ليوم قد سَمَّاهُ ثم حشر

Quam ob rem ad Châledum celeriter advolavit El mothanna, seque ei adjunxit. Perhibuerunt autem Idschlitae, quendam suum gentilem, Medsûrum ben adi, una cum El mothanna ben hâretha arma sumsisse. Qui quum in El mothannam ben hâretha altercationem movisset, uterque de hac re ad Abu bekrum scripsit. Qui Idschlitae illi rescripsit, ut cum Châledo in Syriam contenderet, El mothannam vero locum suum obtinere jussit. Quo deinde factum est, ut Idschlita ille in Aegyptum perveniret, magnumque nomen ibi consequeretur, tantamque dignitatem et potentiam, ut in qua ibi habitaverit domus adhuc omnibus nota sit. Châledo vero, iter continuanti, mox occurrit Dschâbân, princeps Ellissae; contra quem Châled El mothannam ben hâretha emisit, qui signa cum illo contulit, agmen ejus fudit, majoremque ejus militum partem ad fluminis cujusdam ripam cecidit, qui fluminis cruenti nomen ex hoc proelio traxit. Quibus peractis, incolis Ellisae pacem concessit Châled, iterque continuavit, quoad ab Hirensibus prope abfuit. Tum equitatus Asâdsubehi ei occurrit, iis Chosrois equitibus praefecti, qui in praesidiis, inter Chosroem et Arabes constitutis, aderant. In quos hostes quum ad fluminum confluvium incidissent Moslemi, in illos irruit El mothanna ben hâretha, fuditque eos Deus. Quibus cognitis, Hirenses obviam iverunt Châledo; inter quos aderant etiam Amr ben abd el messich ben bakila et Hâni ben kabissa. Châled ben el walid vero Amro ben abd el messich: „unde, inquit, originem trahis?" Respondit ille: „ex dorso patris." Tum Châled: „unde venisti?" Ille vero: „ex utero matris." Iterumque Châled: „vae tibi! cuinam rei instas?" Atque ille: „terrae." Châled vero: „o te miserum! quanam in re versaris?" Respondit ille: „in veste mea." Tum Châled: „vae tibi! sapisne?" Ille vero: „sapio equidem, et sepio." Cui Châled: „modo quaeram aliquid ex te." Atque ille: „egoque tibi respondebo." Châled autem: „utrum pacificus tu, an hostilis?" Atque ille: „absit hoc! pacificus sum." Tum Châled: „quid vero castella illa, quae hic conspicio?" Cui ille: „condidimus ea propter hominem stultum, ut eum cohiberemus, quoad sapiens veniret, illum arcituri." Tum illis hominibus Châled: „jam ad Deum, ejusque cultum, et ad islamismum vos advoco. Quodsi mihi adnuatis, quaecunque nobis sunt, etiam vobis erunt, quaeque subimus, subibitis. Quod si nolitis, tributum conferendum est. Quodsi tributum quoque detrectetis, cum iis hominibus vobis jam supervenі, qui, quemadmodum potum vini vos expetitis, expetunt mortem." Responderunt illi: „bellum tibi inferre, ex re nostra non est." Itaque pacem Châled ea conditione iis concessit, ut dirhemorum ducenta et nonaginta millia darent. Quod primum fuit tributum, ex El irâka El medinam perlatum. Deinde quum ad Bânikijam castra posuisset Châled, Bosbohri ben salûba ea conditione pacem ab eo impetravit, ut dirhemi mille et amiculum darentur, quod scriptis litteris ille confirmavit. Hirensibus vero ea conditione pacem concesserat Châled, ut auxilium ipsi ferrent; quod hi quidem susceperunt. Haec quoque tradidit Heschâm, qui ab Abu mechnef ea cognoverat; qui quidem dixit: tradidit mihi ea El modschâled ben said, qui ex Esschobio ea

حتى لحق به وَقَدْ زَعَمَتْ بَنُوا عِجْلٍ انه كان خرج مع المثنى بن حارثة رجل منهم يقال له مَذْعُورُ بْنُ عَدِيٍّ فَنَازَعَ ٱلْمُثَنَّى بْنَ حَارِثَةَ فتكاتبا الى ابى بكر فكتب ابو بكر الى ٱلْعِجْلِيِّ يامره بالمسير مع خالد الى الشام وَأَقَرَّ ٱلْمُثَنَّى على حاله فَبَلَغَ ٱلْعِجْلِيُّ مِصْرَ فَشَرُفَ بِهَا وَعَظُمَ شَأْنُهُ وقدره فَدَارُهُ ٱلْيَوْمَ بها معروفة فاقبل خالد بن الوليد يسير فَعَرَضَ لَهُ جَابَانُ صَاحِبُ ٱلْلِّيسِ فبعث اليه المثنى بن حارثة فقاتله فهزمه وقتل جُلَّ اصحابه الى جانب نهر ثُمَّ يُدْعَى نَهْرَ دَمٍ لتلك الوقعة وَصَالَحَ أَهْلَ ٱلْلِّيسِ واقبل حتى دنا من اهل الحيرة فخرجت اليه خيول آزَاذْبَةَ صَاحِبِ خَيْلِ كِسْرَى التى كانت فى مسالح ما بينه وبين العرب فَلَقُوهُمْ بمجتمع الانهار فتوجّه اليهم المثنى بن حارثة فهزمهم الله ولما راى ذلك اهل الحيرة خرجوا يستقبلونه فيهم عَمْرُو بْنُ عَبْدِ ٱلْمَسِيحِ بْنِ بُقَيْلَةَ وَهَانِئُ بْنُ قَبِيصَةَ فقال خالد بن الوليد لعمرو بن عبد المسيح مِنْ أَيْنَ أَثَرُكَ قال مِنْ ظَهْرِ أَبِي قال وَمِنْ أَيْنَ جِئْتَ قال مِنْ بَطْنِ أُمِّي قال وَيْحَكَ عَلَى أَيِّ شَيْءٍ أَنْتَ قال على الارض قال وَيْلَكَ فِى أَيِّ شَيْءٍ انت قال فى ثيابى قال وَيْحَكَ تَعْقِلُ قال نَعَمْ وَأُقَيِّدُ قال إِنَّمَا أَسْأَلُكَ قال فَأَنَا أُجِيبُكَ قال أَسِلْمٌ أَنْتَ أَمْ حَرْبٌ قال بَلْ سِلْمٌ قال فما هذه الحصون التى أَرَى قال بَنَيْنَاهَا لِلسَّفِيهِ نحبسه حتى يَجِيءَ الحليم فَيَنْهَاهُ ثم قال لهم خالد إِنِّي أَدْعُوكُمْ الى الله والى عبادته والى الاسلام فَإِنْ قَبِلْتُمْ فلكم ما لنا وعليكم ما علينا وَإِنْ ابيتم فالجزية وان ابيتم جِئْنَاكُمْ بقوم يحبّون الموت كما تحبّون انتم شُرْبَ ٱلْخَمْرِ فقالوا لَا حَاجَةَ لنا فى حربك فَصَالَحَهُمْ على تسعين ومايتى الف درهم فكانت أَوَّلَ جِزْيَةٍ حُمِلَتْ الى المدينة من العراق ✲

ثُمَّ نَزَلَ بَانِقِيَا فَصَالَحَهُ بَصْبَهْرَى بْنُ صَلُوبَا على الف درهم وَطَيْلَسَانَ وكتب لهم كتابا وَكَانَ صَالَحَ خَالِدٌ اهل الحيرة على ان يكونوا له عونا ففعلوا قال هِشَامٌ عَنْ أَبِي مِخْنَفٍ حدّثنى المجالد بن سعيد عن ٱلشَّعْبِيِّ قال أَقْرَأَنِي بَنُوا بُقَيْلَةَ كتاب خالد بن الوليد الى اهل المداين مِنْ خَالِدِ بْنِ ٱلْوَلِيدِ إِلَى مَرَازِبَةِ أَهْلِ فَارِسَ سَلَامٌ عَلَى مَنِ

oppida quaedam posuit, in agro Sewâdensi sita, Bânikijam, Bârasûmam, et Ellis. Quorum incolae, procurante Ebn salûba, cum Châledo pacificati sunt. Ut tributum penderent, concessit Châled, litterasque iis scripsit has: „Nomine Dei, misericordis, miseratoris. A Châledo ben el walid haec data sunt ad Ebn salûbam Sewâdensem, ejusque vicum, in ripa Euphratis situm. Tu quidem tutus jam es praesidio Dei." Nam, propter tributum pensum, ejus sanguinem fundi nolebat. „Pro ipso te, proque hominibus, qui in ditione tua sunt et insula, oppidorumque tuorum, Bânikijae et Bârasûmae, incolis, dirhemos mille solvisti. Quos a te accepi, quibusque a te solvendis qui mecum sunt Moslemi contenti fuero. Unde factum est, ut in tutelam Dei, et tutelam Mohammedis, Moslemorumque tutelam jam receptus sis. Testis his adfuit Heschâm ben el walid." Quibus peractis, ultra cum suis progressus Châled ad El hîram castra posuit. Ex qua urbe egressi cum adierunt viri primarii et Ijâs ben kabissa ben dschobbe Tajjita, quem post exstinctum Ennoomânum ben el mondsir urbi praefecerat Chosroes. Cui homini Châled ben el walid cum comitibus: „jam ad Deum, inquit, et ad islamismum vos advoco. Quodsi morem mihi geratis, ex Moslemis vos quoque eritis, vobisque erunt quae illis sunt, quaeque illi subeunt, subibitis. Quod si nolitis, tributum conferendum est. Sin tributum dare nolitis, cum iis hominibus jam vobis superveni, qui cupidius etiam, quam vos vitam expetitis, expetunt mortem, bellumque usque eo vobis inferemus, quoad de re nostra pronuntiaverit Deus." Cui respondit Ijâs ben kabissa: „bellum tibi inferre, ex re nostra non est; religionem nostram vero retinebimus, tributumque tibi pendemus." Pacem itaque Châled ea conditione iis concessit, ut dirhemorum ducenta et nonaginta millia darent. Primum igitur, quod in El irâka pensum est, tributum, hoc fuit, et quod oppida illa dederant, quae pacem impetraverant procurante Ebn salûba.

Dicit Abu dschafer: Heschâm ben mohammed Kelbita vero tradidit haec. Châledo tantummodo, in El jemâma commoranti, scripsit Abu bekr, ut in Syriam contenderet; at jussit eum quoque, ut primam El irâkam invaderet, et per eam transiret. Itaque ex El jemâma profectus Châled, castra posuit ad Ennibâdsch. Dixit Heschâm: dixit mihi Abu mechnef: haec mihi tradidit Abul chattâb hamsa ben ali, qui a quodam homine, qui tribu Bekr ben wâjel ortus erat, ea cognoverat. Abu bekrum El mothanna ben hâretha Scheibanita convenit, eique: „praefice me, inquit, gentilibus meis, qui apud me adsunt; tum Persis iis, qui mihi vicini sunt, bellum inferam, terramque meam tibi subjiciam." Cui quum admisisset Abu bekr, gentem suam coegit, et modo in agrum Kaskarensem, modo in infimas Euphratis ripas incurrere coepit. Deinde quum ad Ennibâdsch castra posuisset Châled ben el walid, circa Chaffânam agmen cogebat El mothanna ben hâretha. Scripsit itaque ei Châled ben el walid, ut ad se accederet, litterasque etiam ei transmisit, ab Abu bekro ad eum datas, quibus, quae imperaret Châled, facere eum jubebat.

بِقُرَيَّاتٍ مِنَ ٱلسَّوَادِ يُقَالُ لَهَا بَانِقِيَا وَبَارُسُومَا وَٱلَّلِيسُ فَصَالَحَهُ أَهْلُهَا وكان الذى صالحه عليها ٱبْنُ صَلُوبَا فى سنة اثنتى عشرة فقبل منهم خالد ٱلْجِزْيَةَ وكتب لهم كتابا فيه بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ مِنْ خالد بن الوليد لِٱبْنِ صَلُوبَا ٱلسَّوَادِيِّ وَمَنْزِلُهُ بِشَاطِئِ ٱلْفُرَاتِ إِنَّكَ آمِنٌ بِأَمَانِ ٱللَّهِ إِذْ حَقَنَ دَمَهُ باعطاء الجزية وَقَدْ أَعْطَيْتَ عن نفسك وعن أَهْلِ خَرْجِكَ وجزيرتك ومن كان فى قَرْيَتَيْكَ بَانِقِيَا وَبَارُسُومَا الف درهم فَقَبِلْتُهَا منك وَرَضِىَ من كان معى من المسلمين بها منك وَلَكَ ذِمَّةُ ٱللَّهِ وذمّة محمد وذمّة المسلمين على ذلك وَشَهِدَ هِشَامُ بن الوليد ثُمَّ أَقْبَلَ خالد بن الوليد بمن معه حتى نزل ٱلْحِيرَةَ فخرج اليه اشرافهم مع إِيَاسِ بْنِ قَبِيصَةَ بْنِ جُبَّةَ ٱلطَّآئِيِّ وكان أَمَّرَهُ عليها كِسْرَى بعد ٱلنُّعْمَنِ بْنِ ٱلْمُنْذِرِ فقال له خالد بن الوليد واصحابه أَدْعُوكُمْ إِلَى ٱللَّهِ وَإِلَى ٱلْإِسْلَامِ فَإِنْ أَجَبْتُمْ اليه فانتم من المسلمين لكم ما لهم وعليكم ما عليهم وَإِنْ أَبَيْتُمْ فَٱلْجِزْيَةُ فان ابيتم الجزية فَقَدْ أَتَيْتُكُمْ بِأَقْوَامٍ هُمْ أَحْرَصُ على الموت منكم على الحيوة جَاهَدْنَاكُمْ حتى يحكم الله بيننا وبينكم فقال له إِيَاسُ بْنُ قَبِيصَةَ مَا لَنَا بِحَرْبِكَ مِنْ حَاجَةٍ بَلْ نُقِيمُ عَلَى دِينِنَا وَنُعْطِيكَ ٱلْجِزْيَةَ فصالحهم على تسعين ومائتى الف درهم فَكَانَتْ أَوَّلَ جِزْيَةٍ وَقَعَتْ بِٱلْعِرَاقِ هِيَ وَٱلْقُرَيَّاتُ ٱلَّتِي صَالَحَ عَلَيْهَا ٱبْنُ صَلُوبَا

قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَأَمَّا هِشَامُ بْنُ مُحَمَّدٍ ٱلْكَلْبِيُّ فَإِنَّهُ قال انما كتب ابو بكر الى خالد وهو باليمامة أَنْ يَسِيرَ الى ٱلشَّأْمِ فامره ان يَبْدَأَ بالعراق فَيَمُرَّ بها فَأَقْبَلَ خالد منها يسير حتى نزل ٱلنِّبَاجَ قال هشام قال ابو مِخْنَفٍ فحدّثنى ابو الخطّاب حَمْزَةُ بْنُ عَلِيٍّ عن رجل من بكر بن وَائِلٍ أَنَّ ٱلْمُثَنَّى بْنَ حَارِثَةَ ٱلشَّيْبَانِيَّ سار حتى قَدِمَ على ابى بكر فقال أَمِّرْنِي عَلَى مَنْ قِبَلِي مِنْ قَوْمِي أُقَاتِلْ مَنْ يَلِينِي مِنْ أَهْلِ فَارِسَ وَأَكْفِيكَ نَاحِيَتِي ففعل ذلك فاقبل فجمع قومه واخذ يُغِيرُ بِنَاحِيَةِ كَسْكَرٍ مَرَّةً وَفِي أَسْفَلِ ٱلْفُرَاتِ مَرَّةً ونزل خالد بن الوليد ٱلنِّبَاجَ والمثنى بن حارثة بِخَفَّانَ مُعَسْكِرٌ فكتب اليه خالد بن الوليد لِيَأْتِيَهُ وبعث اليه بكتاب من ابى بكر يامره فيه بطاعته فَٱنْقَضَّ إِلَيْهِ جَوَادًا

Nomine Dei misericordis, miseratoris.

Domine, benigno fecisti; itaque perge!

Caput quartum decimum.

Moslemi invadunt in provinciam Sewâdensem, et Hormosum profligant ad El kewâdem.

Quibus rebus confectis, incepit annus duodecimus. Dicit Abu dschafer: quum res Jemâmensium composuisset Châled, has litteras ad eum, apud Jemâmenses commorantem, dedit Abu bekr essiddik, quantum quidem audivi ex Obeid alla ben saad essobrio, qui dicebat: haec nobis tradidit patruus, qui dicebat: tradidit ea mihi Seif ben omar, cui narrata fuerant ab Amr ben mohammed, qui ab Esschobio ea cognoverat: „ad El irâkam perge, in eam irrupturus," primumque *invade limitem Indorum, qui est El obolla, et consuetudinem cum Persis, ceterisque,* qui in eorum regno versantur, gentibus junge!" Haec mihi tradidit Omar ben schibh, qui dixit, narravit ea nobis Ali ben mohammed, auctoribus hominibus supra commemoratis; ab his enim hominibus, quorum nomina supra exposuit, se haec accepisse dicebat: Abu bekr Châledum ben el walid emisit in terram Kûfensem, in qua jam aderat El mothanna ben hâretha Scheibânita. Itaque mense El moharrem anni duodecimi iter ingressus ille ad El basram versus perrexit, in qua urbe commorabatur Kotba ben katâda Sedûssita. Dicit Abu dschafer: El wâkedi vero haec perhibet: de hac expeditione, a Chaledo ben el walid suscepta, varie exponitur. Alii quidem dicunt, ex El jemâma profectum eum recta via in El irâkam tetendisse; alii vero, ex El jemâma in El irâkam eum reversum esse; alii denique, ex El jemâma reversum eum El medinam se contulisse, moxque inde via Kûfensi in El irâkam perrexisse, quoad ad El hiram pervenisset.

Haec nobis tradidit Ebn homeid, qui dixit: tradidit ea nobis Salama, qui ab Ebn ishâk ea cognoverat, cui tradita fuerant a Salech ben keissân. Abu bekr, litteris ad Châledum ben el walid datis, ad El irâkam pergere eum jussit. Itaque in El irâkam profectus Châled, castra ad

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰنِ ٱلرَّحِيمِ

رَبِّ أَنْعَمْتَ فَزِدْ

ثُمَّ كَانَتْ سَنَةُ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَلَمَّا فَرَغَ خَالِدٌ مِنْ أَمْرِ ٱلْيَمَامَةِ كَتَبَ إِلَيْهِ أَبُو بَكْرٍ ٱلصِّدِّيقُ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ وَخَالِدٌ مُقِيمٌ بِٱلْيَمَامَةِ فِيمَا حَدَّثَنَا عُبَيْدُ ٱللّٰهِ بْنُ سَعْدٍ ٱلزُّهْرِيُّ قَالَ أَخْبَرَنَا عَمِّي قَالَ أَخْبَرَنِي سَيْفُ بْنُ عُمَرَ عَنْ عَمْرِو بْنِ مُحَمَّدٍ عَنِ ٱلشَّعْبِيِّ أَنْ سِرْ إِلَى ٱلْعِرَاقِ حَتَّى تَدْخُلَهَا وَٱبْدَأْ بِفَرْجِ ٱلْهِنْدِ وَهِيَ ٱلْأُبُلَّةُ وَتَأَلَّفْ أَهْلَ فَارِسَ وَمَنْ كَانَ فِي مُلْكِهِمْ مِنَ ٱلْأُمَمِ ✿ حَدَّثَنِي عُمَرُ بْنُ شَبَّةَ قَالَ حَدَّثَنَا عَلِيُّ بْنُ مُحَمَّدٍ بِٱلْإِسْنَادِ ٱلَّذِي قَدْ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُ عَنِ ٱلْقَوْمِ ٱلَّذِينَ ذَكَرَهُمْ فِيهِ أَنَّ أَبَا بَكْرٍ وَجَّهَ خَالِدَ بْنَ ٱلْوَلِيدِ إِلَى أَرْضِ ٱلْكُوفَةِ وَفِيهَا ٱلْمُثَنَّى بْنُ حَارِثَةَ ٱلشَّيْبَانِيُّ فَسَارَ فِي ٱلْمُحَرَّمِ سَنَةَ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ فَجَعَلَ طَرِيقَهُ ٱلْبَصْرَةَ وَفِيهَا قُطْبَةُ بْنُ قَتَادَةَ ٱلسَّدُوسِيُّ ✿ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَأَمَّا ٱلْوَاقِدِيُّ فَإِنَّهُ قَالَ ٱخْتُلِفَ فِي أَمْرِ خَالِدِ بْنِ ٱلْوَلِيدِ فَقَائِلٌ يَقُولُ مَضَى مِنْ وَجْهِهِ ذٰلِكَ مِنَ ٱلْيَمَامَةِ إِلَى ٱلْعِرَاقِ وَقَائِلٌ يَقُولُ رَجَعَ مِنَ ٱلْيَمَامَةِ إِلَى ٱلْعِرَاقِ وَقَائِلٌ يَقُولُ رَجَعَ مِنَ ٱلْيَمَامَةِ فَقَدِمَ ٱلْمَدِينَةَ ثُمَّ سَارَ إِلَى ٱلْعِرَاقِ مِنَ ٱلْمَدِينَةِ عَلَى طَرِيقِ ٱلْكُوفَةِ حَتَّى ٱنْتَهَى إِلَى ٱلْحِيرَةِ

حَدَّثَنَا ٱبْنُ حُمَيْدٍ قَالَ حَدَّثَنَا سَلَمَةُ عَنِ ٱبْنِ إِسْحٰقَ عَنْ صَالِحِ بْنِ كَيْسَانَ أَنَّ أَبَا بَكْرٍ كَتَبَ إِلَى خَالِدِ بْنِ ٱلْوَلِيدِ يَأْمُرُهُ أَنْ يَسِيرَ إِلَى ٱلْعِرَاقِ فَمَضَى خَالِدٌ يُرِيدُ ٱلْعِرَاقَ حَتَّى نَزَلَ

ٱلْجُزْءُ ٱلْخَامِسُ

مِنْ تَارِيخِ ٱلْمُلُوكِ وَأَخْبَارِهِمْ وَمَوَالِيدِ ٱلرُّسُلِ وَأَنْبَائِهِمْ وَٱلْكَائِنِ ٱلَّذِى
كَانَ فِى زَمَنِ كُلِّ وَاحِدٍ مِنْهُمْ

تَأْلِيفُ

أَبِى جَعْفَرٍ مُحَمَّدِ بْنِ جَرِيرِ بْنِ يَزِيدَ ٱلطَّبَرِىِّ

رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ

ٱلْمُجَلَّدُ ٱلثَّانِى

Pars quinta

annalium regum eorumque vitarum, et natalium legatorum Dei eorumque historiarum,
atque rerum quae singulorum temporibus evenerunt.

Opus

Abu dschafari mohammed ben jesid Taberistanensis
cujus misereatur Deus.

Tomus secundus.

Extrema verba codicis Bodleyani nro. 781. haec sunt:

آخِرُ ٱلْمُجَلَّدِ ٱلتَّاسِعِ وَيَتْلُوهُ بِعَوْنِ ٱللَّهِ وَحُسْنِ تَوْفِيقِهِ فِي ٱلْجُزْءِ ٱلْعَاشِرِ قَالَ أَبُو جَعْفَرٍ وَفِي هَذِهِ ٱلسَّنَةِ قُتِلَ عُثْمَنُ رَضِيَ ٱللَّهُ عَنْهُ ✩ ذِكْرُ ٱلْخَبَرِ عَنْ سَبَبِ مَقْتَلِهِ وَكَيْفَ كَانَ والحَمْدُ لِلَّهِ الخ

id est:

„Finis tomi noni. Quem Deo adiuvante, beniguiterque secundante, in parte decima excipient haec verba; dicit Abu dschafer: hoc anno occisus est Othmân, quem gratum habeat Deus. Exponitur causa eius occisionis, et quemadmodum facta est. Sed laus tribuatur Deo! reliqua.“ Igitur occisionem Othmâni, quae et ipsa anno 35. facta est, huius codicis auctor in partem decimam reiecit, ergoque operis partes aliter, quam codicum Berolinensium auctor, circumscripsit. Nam pars decima, quae Berolini est, res annis 71 — 99. gestas enarrat. Puseyus quidem catal. pag. 595. utrum veros Taberistanensis annales arabicos, an epitomen persicam in arabicum translatam, codex ille Bodleyanus exhibeat, se subdubitare dicit. Sed quae roganti mihi specimina codicis misit, ea verum Taberistanensem luculente produnt.

2. Codex Urii nro. 722. quem iniuria temporis aspere tractavit, est tomus quartus decimus exemplaris cuiusdam annalium Taberistanensis, eas fere res exponens, quae annis 40 — 51. atque annis 104 — 126. gestae sunt. Ordo foliorum turbatus est, multaque intercidisse videntur; Puseyi catal. pag. 593.

3. codicis Urii nro. 711. prima tantum folia ex annalibus Taberistanensis esse Puseyus perhibet, catal. pag. 592. In catalogi indice pag. 698. hic codex tomum annalium duodecimum continere dicitur, res annis 77 — 218. gestas enarrantem. Sed ad hos annos fortasse non pertinent nisi ea, quae ex pratis aureis El masûdii sumta in hoc codice insunt.

Itaque in museo Bodleyano plures annalium Taberistanensis partes adservari certe comperimus. Quas, ut iis, quae Berolini sunt, eas adiungere possem, in usum meum transcriptas mihi se transmissurum esse Puseyus, vir de his litteris praeclare meritus, quae est eius humanitas, atque ad bona studia promovenda inclinatio, mihi iam promisit.

Dabam Gryphisvaldiae. die IV. mensis Septembris. a. MDCCCXXXVIII.

Joan. Godofred. Ludov. Kosegarten.

tradita fuerant, qui ab Atijja ea cognoverat, cui a Jesido Fakassita narrata fuerant. Qui dixit: fuit Abd alla ben saba Judaeus ex incolis Sanaae, qui matrem habebat nigram. Moslemus factus est tempore Othmâni. Deinde terras Moslemorum peragravit.“

Quae in codice Gothano, epitomen persicam exhibente, ita reddita sunt:

وسال سی وپنج اندر آمد واندرین سال عبد الله بن سبا مذهب رجعت آشکارا کرد وخلقی اورا اجابت کردند واز راه بکشتند ٭ خَبَرُ مَنْ أَنْشَأَ مَذْهَبَ أَهْلِ ٱلرَّجْعَةِ وَدَعَا ٱلنَّاسَ إِلَيْهِ وَمَا تَسَوَّلَدَ عَنْ عُثْمَانَ مِنَ ٱلْفِتَنِ ٭ وابن عبد الله بن سبا مردی بود جهود از زمین یمن از شهر صنعا وکتب پیشین خوانده بود وعلم بسیار دانست وایدون طمع داشت کی چون مسلمان شود بوقت عثمان اورا نیکو دارد

id est:

„Deinde incepit annus tricesimus quintus. Quo quidem anno Abd alla ben saba doctrinam haereticam proposuit; quem nonnulli homines sequuti, de recta via decesserunt. Exponitur de eo, qui doctrinam haereticorum excogitavit, hominesque ad se advocavit, deque turbis propter Othmânum concitatis. Fuit autem ille Abd alla ben saba homo Judaeus, ortus in provincia Jemenensi, et quidem in civitate Sanaa natus. Libros antiquos legerat, multaque didicerat. Deinde hoc efficere voluit, ut, si Moslemus fieret tempore Othmani, a chalifa bene haberetur.“

Amidensis haec in arabicum sic transtulit:

وفي سنة خمسة وثلاثين ظهر مذهب الرجعة وقامت الفتنة على امير المومنين عثمان رضي الله عنه قال كان الذى ظهر مذهب الرجعة رجل من اليهود يسمى عبد الله بن السباء من ارض اليمن وقد قرا كتب كثيرة من كتب القدماء وقد اتا من اليمن وقال اريد الاسلام على يد امير المومنين عثمان وكان طمعه في الاسلام على يد عثمان حتى يحسن اليه ويرفع قدره ويعلى امره

id est:

„Anno tricesimo quinto proposita est doctrina haeretica, turbaeque contra Othmânum, principem fidelium, quem gratum habeat Deus, concitatae sunt. Dixit: qui doctrinam haereticam proposuit, homo fuit Judaeus, cui nomen erat Abd allae ben essaba, in provincia Jemensi ortus. Libros multos, qui ex libris antiquis erant, legerat. Deinde ex El jemena accessit, dixitque: „islamismum amplecti volo, moderante Othmâno, fidelium principe.“ Sed islamismum moderante Othmâno eum tantum in finem amplecti volebat, ut chalifa ipsum bene haberet, honoribusque augeret, atque ad altiorem gradum eveheret.“

Quum primum huius operis volumen ao. 1831. in lucem emitterem, quinque tantum *annalium Taberistanensis* partes in bibliothecis occidentis repertas cognoveram, quarum unam bibliotheca Lugdunensis, Berolinensis vero quattuor habet. Iam vero, etiam in museo Bodleyano, quod Oxonii est, aliquot *annalium Taberistanensis partes adservari, catalogi codicum* Bodleyanorum pars secunda, quam Nicollus, egregia diligentia adhibita, inchoaverat, feliciter vero Puseyus ao. 1835. absolvit, acriter in hanc rem inquirentem me docuit. Quas quidem operis Taberistanensis partes prima iam catalogi pars, ab Urio confecta, in censum librorum Bodleyanorum orientalium retulerat, sed verbis ita paucis, partimque falsis, ut, quae illis codicibus continerentur, inde non satis cognosci posset. Itaque tum demum, quum Puseyus omnes libros arabicos, iam ab Urio in censum receptos, diligentius inspiceret, quaeque de iis Urius scripserat, adcuratius retractaret, prospere evenit, ut, quid illi codices habeant argumenti, recte exponeretur. Qui quidem codices hi sunt:

1. codex Urii nro. 781. est tomus nonus exemplaris cuiusdam annalium Taberistanensis, res exponens ao. p. H. 35. inter Arabes gestas. Prima verba, ut Puseyus litteris ad me datis mihi significavit, haec sunt:

ثُمَّ دَخَلَتْ سَنَةُ خَمْسٍ وَثَلٰثِينَ ذِكْرُ مَا فِيهَا مِنَ ٱلْأَحْدَاثِ فَمِمَّا كَانَ فِيهَا مِنْ ذٰلِكَ نُزُولُ أَهْلِ مِصْرَ ذَا خَشَبٍ حَدَّثَنِي بِذٰلِكَ أَحْمَدُ بْنُ ثَابِتٍ قال حَدَّثَنَا مُحَمَّدٌ عَنْ إِسْحٰقَ بْنِ عِيسَى عن أَبِي مَعْشَرٍ قال كَانَ ذُو خَشَبٍ سَنَةَ خَمْسٍ وَثَلٰثِينَ وَكَذٰلِكَ قَالَ ٱلْوَاقِدِيُّ ۞ ذِكْرُ مَسِيرِ مَنْ سَارَ الى ذِى خَشَبٍ مِنْ أَهْلِ مِصْرَ وَسَبَبِ مَسِيرِ مَنْ سَارَ الى ٱلرَّقَّةِ من أَهْلِ ٱلْعِرَاقِ فِيمَا كَتَبَ بِهِ إِلَيَّ ٱلسَّرِيُّ عن شُعَيْبٍ عن سَيْفٍ عن عَطِيَّةَ عن يَزِيدَ ٱلْفَقْعَسِيِّ قال كان عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ سَبَأٍ يَهُودِيًّا من أَهْلِ صَنْعَآءَ أُمُّهُ سَوْدَآءُ فَأَسْلَمَ زَمَانَ عُثْمَنَ ثُمَّ تَنَقَّلَ فِى بُلْدَانِ ٱلْمُسْلِمِينَ

id est:

„Deinde incepit annus tricesimus quintus. Exponuntur quae eo gestae sunt res. Fuit autem ex iis, quae tunc acciderunt, congressus Aegyptiorum in loco Dsû chaschab. Hoc mihi tradidit Achmed ben thâbet, qui dixit: hoc nobis tradidit Mohammed, qui ab Ishâk ben îssa id acceperat, cui ab Abu maascher narratum fuerat. Qui dixit: res, quae in Dsû chaschab gestae sunt, acciderunt anno tricesimo quinto. Quod idem El wâkedi perhibuit. Exponitur iter eorum Aegyptiorum, qui ad Dsû chaschab perrexerunt, atque causa itineris, quod Irâkenses ad Errakkam versus susceperunt, ex iis quae Essurri ad me scripsit, qui a Schoaibo ea acceperat, cui a Seifo

PRAEFATIO.

Annalium Taberistanensis volumen secundum, ex codice Berolinensi quantum potui adcurate editum, lectoribus benevolis trado. Quo volumine quae res exponuntur, eae tum gravitate argumenti, tum novitate narrationis, dignae sane sunt, in quas animi hominum historiae antiquae studiosorum convertantur. Primae enim Moslemorum expeditiones in Irâkam et Syriam annis p. H. duodecimo, tertio decimo ac quarto decimo, susceptae hoc libro copiose atque diligenter enarrantur, atque ita quidem, ut quae homines, qui illis temporibus aequales fuerant, auditoribus de his rebus tradiderant singula, ea hoc quoque loco singulatim referantur, neque narrationes ab hominibus diversis proditae, quamvis easdem res exponant, in unam confundantur unquam. De quo narrandi modo, Arabibus antiquioribus usitato, in praefatione voluminі primo praemissa plura disserui. Si de eadem re narrationes plures referendae sunt, tum Taberistanensis eam, quae brevior est, praemittere, pleniores vero subiungere solet. Quo acceptiorem huiusmodi rerum illarum antiquarum expositionem viris doctis futuram esse existimo, eo gravius fero, quod codex Berolinensis, quo uno uti mihi licuit, quamvis antiquus, litterisque satis splendidis, quae iamiam vero multis in locis expalluerunt, passimque aut prorsus, aut paene sublatae sunt, exaratus, multiplici tamen labe adfectus est. Non modo enim, quo quidem damno plerique codices laborant, frequenter vocabula singula ponit corrupta, verum etiam, quod difficultates longe maiores editori adfert, locis permultis scripturam lacunis intercisam exhibet. Quas quidem lacunas ita explere, ut verus sententiae sensus restituatur, negotium lubricum est, quod ab eo, qui uno tantum codice uti potest, raro feliciter perficitur. Aliquot verba, vel etiam lineas, ex scriptura arabica excidisse saepe quidem cognovi; sed quam vellem, ea quoque scivissem, quae supplenda essent. Aliquoties chronicon Dijarbekrensis, Gothae adservatum, ex quo Platenius historiam caedis Omari nuper edidit, veram Taberistanensis scripturam mihi suppeditavit. Nam liber ille, qui locos ex annalibus variis transscriptos contexit, interdum etiam locos ex Taberistanensis annalibus sumtos adponit, eosque ad verbum relatos.

Volumen tertium, quod propediem editurus sum, primo partem reliquam illius scripturae arabicae dabit, quam codex Berolinensis, quem partem quintam inscripserunt, complectitur, deinde adnotationes, tum criticas, tum historicas geographicasque, subiunget. Quae ita digerentur, ut dimidium volumen scriptura arabica, dimidium adnotationibus impleatur.

*

TABERISTANENSIS

ANNALES

REGVM ATQVE LEGATORVM DEI

EDIDIT

JO. GODOFR. LVD. KOSEGARTEN.

VOLVMINIS SECVNDI PARTICVLA PRIOR

PAGG. 1—20.

GRYPHISVALDIAE

SVMTV MAVRITII.

1835.

TABERISTANENSIS

ID EST

ABV DSCHAFERI MOHAMMED BEN DSCHERIR ETTABERI

ANNALES

REGVM ATQVE LEGATORVM DEI

EX CODICE MANV SCRIPTO BEROLINENSI

ARABICE EDIDIT

ET IN LATINVM TRANSTVLIT

JOANNES GODOFREDVS LVDOVICVS KOSEGARTEN

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQVE ET LITTERARVM ORIENTAL. IN ACADEMIA GRYPHISVALDENSI PROF. PVBL. ORDINAR. SOCIETATVM PARISIENSIS ASIATICAE REGIAE BRITANNICAE ASIATICAE REGIAE SCIENT. BORVSSICAE DANICAE POMERANAE ATQVE THVRINGICAE ANTIQVITATVM PATRIARVM SCRVTATORVM SODALIS.

VOLVMEN SECVNDVM.

GRYPHISVALDIAE.

SVMTV ERNESTI MAVRITII BIBLIOPOLAE.

TYPIS ACADEMICIS.

MDCCCXXXVIII.